

*personantes melos dulces; . . cuius officium est, fale-  
ratis sermonibus figmentare mendacia; . . semper se-  
quentibus placita priora scindentibus; . . vitum pena-  
lēm sibi consenescētem producere; . . et quae sunt  
alia. Molestum enim est, plures hujuscenodi flosclos  
transcribere: quos consarcinare aliiisque obtrudere  
potuit nemo, nisi hōno omnium ignarissimus atque  
insulsissimus. Quam absurdā etiam, quamque frigida  
et jejuna sit, quae prima Dindymi epistola continetur  
apostrophe ad divitias, dici non potest. Ea merum  
sapit sophistam, verborum lenociniū decipere cu-  
piētēm.*

At enimvero quorsum hæc omnia, quæ tam copiose, et justo fere copiosius disputas? Nimirum, ut intelligatur, hasce epistolās esse haud dubie spuriās atque commentatiās, nec earum lector ullus istis se decipi patiat: quin potius credulitatem istam, si forte habet, exuat, qua nostri majores ad qualescumque viri cujuscunq; quondam celebris nomine ornatās, commentatiōes accipiendas tuendasque ad ducti fuere. Quæ credula multorum mens quantum detrimenti litteris optimis, ne quid gravius dicam, attulerit, norunt omnes qui earum historiam paulo curiosius indagarunt. Quæ si mihi inesset, aut ego alii imponere haud dubitarem, hoc ipso tempore possim ex libro aliquo ms. duo carmina, alterum Vir-

A gili, alterum Nasonis nomine ornatum, promulgare isque editis laudem in mustaceo, quod aiunt, querere. Se. l meum veri et videādi, et propagandi su- diūm facit, ut ea, quorum dicuntur, auctorem esse nec credam ipse, nec aliis persuadere velim. Eodemque permotus et hæc, quæ in manib; habes, prin- ceps et abbas reverendissime, commentatus sum, ut quod tumetipse credis, alii itidem pvideant, nec epistolās, quas iterum typis excudendas prelo subji- cere constitui, reapse ab Alexandro Magno et Dindymo, quorum nomina præferunt, scriptas opinentur. Qua in causa si desiderio tuo turque exspectationi satis fecisse me intellexero, id in magna felicitatis meæ parte ponam: sij minus, hoc, quod tuam fallere cernis opinionem, non tam ex justæ debitæque mea in te pietatis ac reverentie, quam eruditiois satis parate et exquisita, defectu profectu existimes, vehementer etiam atque etiam abs te peto. Quod superest, a me omnia summa in te studia, officiaque nullo non tempore exspecta. Ego B profecto, quæ pertinere ad te intelligam, studiosissime omnia, diligentissimeque curabo: atque incredibilis tue erga me humanitatis indulgentiæque memoriā conservabo. Vale, rebusque meis save. Dab. e Musco ipsis Kal. Jun., anno 1770.

## APPENDIX QUARTA.

### LITURGICA ET HISTORICA.

## LIBELLUS SACRARUM PRECUM

*Ex ms. Floriacensi annorum circiter 900, apud Marten., de antiquis Ecclesiæ Ritibus.*

**IN CHRISTI NOMINE ORATIONES INCIPIUNT QUAS  
BEATI PARENT DIVINAM LAUDANDO ET DEPRE-  
CANDO CLEMENTIAM QUOTIDIE CANTARE SO-  
LEBANT.**

**Oratio sancti Hilarii quam quodecim libris quos de  
sancta conscripsit Trinitate subjunxit.**

Sancta Trinitas, conserva hanc, oro, fiduci mee in-  
contaminatam religionem, et usque ad excessum spir-  
itus mei dona mihi hanc conscientię meæ vocem;   
ut quod in regenerationis meæ symbolo baptizatus in  
Patre et Filio et Spiritu sancto professus semper obti-  
neam, Patrem scilicet te nostrum, Filium tuum una  
tecum adorem, et sanctum Spiritum tuum, qui ex te  
per unigenitum est, promerear: quia mihi idoneus ad  
fidei testis est dicens: *Pater, omnia mea tua sunt, et  
tua mea.* Deus meus Jesus Christus manens in te, et  
ex te et apud te semper Deus, qui es benedictus in  
sæcula sæculorum. Amen.

**Oratio sancti Joannis evangelista.**

Domine Iesu Christe, te obsecro per misericordiam et clementiam tuam, ut praestes mihi veniam delicio-  
rum meorum. Aperi mihi pulsanti januam vite, et  
princeps tenebrarum non occurras mihi. Non veniat  
mihi pes superbia, et manus extrahe a te non con-  
tingat mihi; sed suscipe me secundum verbum tuum,  
et perduc me ad convivium epularum tuarum, ubi  
epulantur tecum omnes amici tui. Tu es enim Jesus  
Christus Filius Dei vivi, qui cum Patre et cum Spi-  
ritu sancto vivis et regnas in sæcula sæculorum.  
Amen.

**Oratio sancti Martini.**

Deus gloria, Deus qui unus et verus Deus, qui  
solus et justus es, Deus in quo omnia, sub quo omnia,  
per quem omnia facta sunt; exaudi me orantem sicut  
exaudiisti tres pueros de camino ignis ardentis; exau-  
di me oranten sicut exaudiisti Jonah de ventre celi;

C exaudi me orantem sicut exaudiisti Susannam, et li-  
berasti eam de manu iniquorum testium; exaudi me  
orantem sicut exaudiisti Petrum in mari et Paulum  
in vinculis. Parce animæ meæ, parce factis meis, par-  
ce cunctis criminibus meis, qui cum Patre, etc.

**Oratio sancti Ambrosij.**

Largire mihi, Domine, Pater pie et sancte, intelli-  
ctum qui te intelligat, sensum qui te sentiat, ani-  
mum qui te sapiat, diligentiam quæ te querat, sa-  
pientiam quæ te inveniat, animam quæ te agnoscat,  
oculos cordis qui te videant, conversationem que-  
tibi placeat, perseverantiam quæ te exspectet, finem  
perfectum, præsentiam tuam, sanctam resurrec-  
tionem, bonam retributionem, vitam æternam: qui  
regnas in sæcula sæculorum. Amen.

**Oratio sancti Augustini.**

Deus justitiae, te deprecor, Deus misericordie.  
D Deus invisibilis, Deus incomprehensibilis, Deus ine-  
narrabilis, Deus aterne, Deus perpetue, Deus bene-  
dicto, Deus cuius omnia, Deus in quo omnia, Deus  
sub quo omnia, Deus per quem omnia sunt. Parce  
animæ meæ, parce malis meis, parce peccatis meis,  
parce criminibus meis. Visita infirmum, cura ægrum,  
sana languidum. Da cor quod te timet, sensum qui  
te intelligat, aures quæ vocem tuam audiant, oculos  
cordis qui te videant. Da scintillam sapientiæ tæ,  
quæ mihi justificationum tuarum iter ostendat. et a  
faucibus inimici declinari me doceat. Miserere mei,  
Deus, parce quia peccavi tibi: indulge quia peccavi  
tibi, et propter duritiam cordis mei in ipsa peccato-  
rum meorum morte percurro. Ego ore, ego corde,  
ego opere, ego in omnibus vitiis inquinatus, et in  
omnibus sceleribus, coopertus sum; veniam peto quia  
crimina cognosco, sclera mea fateor, quæ etiam  
confiterer, te tamen latere non poterant. Tu enim  
scrutator es cordis et renium: tibi abscondita re-

lantur, et scelera patefiunt. Miserere mei, Deus. Domine, ne me perire patiaris, ne me sinas æternis tenebris et perpetua morte consumi. Auser a corde meo alienatum sensum. Cura in me stuporem mentis, extirpa de visceribus meis consilia iniquitatis, erade a lingua mea detrahendi consuetudinem, menfendi fallacitatem, scurrilitatem, et omnes actus vanitatis meæ arte medicinæ tue sana, et circumcidere in me vitia cordis et corporis. Miserere mei, Deus, quia tu nō facta mea, tu transgressiones meas, qui si in iudicio persequi ac punire voluisses, olim me vivum terra absorbusset: sed quia tanta est clementia tua, ut nullum tibi periire patiaris; sed omnes expectas ad poenitentias locum reverti. Qui ergo das spatum poenitendi, da et possibiliter operandi, ut non sit hoc vacuum indulgentia tua tempus, quod nobis largiri pro tua pietate digneris. Miserere mei, Deus Domine, ne me despicias, neque avertas faciem tuam a me, quia non pro justitia mea pele misericordiam tuam; sed propter magnam clementiam tuam respice in me, Domine, de sancta sede majestatis tue, et tenebras cordis mei radio splendoris tui illumina. Protege me, Domine, scuto veritatis fidei tue, ut me diaboli jacula ignita non penetrant; quidquid enim illud est quod infelicitas mea de te petere aut non accipit, aut non presumes, aut non sapit; hoc tu per virtutem tuam tribue, et per maiestatem et pietatem tuam largire quod animam salvet a morte; et exenti mihi de hoc chao tenebrarum manum porrugas et lumen ostendas. Miserere mei, Deus Domine, reintegra confractum, sana corruptum, emunda vitiatum, et indulge quod feci, et hoc præsta ut amplius non faciam, Salvator mundi, qui cum Patre, et cum Spiritu sancto vivis et regnas Deus per omnia secula sæculorum. Amen.

*Incipit oratio beati Hieronymi presbyteri.*

Mane cum surrexero intende ad me, Domine, et gubernera omnes actus meos, et verba mea, et cogitationes meas, ut totum diem transigam in tua voluntate: dona mihi, Domine, timorem tuum, cordis compunctionem, mentis humilitatem, conscientie puritatem, ut terram despiciam, cœlum aspiciam, infernum timeam, peccata odiam, justitiam diligam. Abscide a me, Domine, gula appetitum, concupiscentiam fornicationis, amorem pecuniae, pestem iracundie, justitiam seculi, mentis accidiam, vanam letitiam, tyrannidem superbie. Planta in me, Domine, virtutem abstinentiae, et continentiam carnis, et castitatem mentis, voluntariam paupertatem, veram patientiam, letitiam spiritalem, animi stabilitatem, cordis contritionem, humilitatem non fictam, fraternali charitatem. Custodi os meum ne loquar vana, ne fabuler sæcularia, ne detrahamb absensibus, ne maledicam presentibus, ne respondeam maledictum pro maledicto; sed e contrario benedicam Dominum in omni tempore, semper laus ejus in ore meo. Custodi oculos meos ne videant mulierem ad concupiscentiam oam, ne desiderent rem proximi, nec delicias hujus saeculi; sed dicam cum spiritu David: *Oculi mei semper ad Dominum, et reliqua. Et iterum: Ad te levavi oculos meos, qui habitas in caelo.* Custodi aures meas ne audiant linguam detrahentem, ne audiant mendacium, nec verbum otiosum; sed aperte sint quotidie ad audiendum verbum Dei. Custodi pedes meos ne circumneant dominos otiosos: sed stent in oratione Dei firmiter immobiles. Custodi manus meas ne porrigantur sepe ad accipienda munera, sed potius eleventur quotidie in precibus Domini mundæ et puræ sine ira, et disceptatione, quo possim dicere illum propheticum sermonem: elevatio manuum mearum sacrificium vespertinum. Custodi, Domine, exitum nostrum, qui in tuo nomine proficiuntur, et angelus tuus sanctus coelestis comitetur nobiscum, qui possit deducere nos usque ad locum destinatum, et dirigere pedes nostros in viam pacis

PATROL. CI.

A et veritatis. Custodi, Domine, cogitationes nostras, sermones, et opera, ut possimus in conspectu tuo perficere voluntatem tuam, et ambulare in via tua tuto tempore vite nostre, per Redemptorem animalium nostrarum Dominum nostrum, cui est gloria in secula seculorum.

*Oratio sancti Ephrem diaconi.*

Domine Deus et Salvator meus, quare me dereliquisti? miserere mei, quoniam tu es amator omnium solus. Salva me peccatorem, quoniam tu es sine peccato solus. Erue me de cœno iniquitatum mearum, ut non infigar in æternum. Libera me de ore inimici mei: ecce enim ut leo rugiens devorare me cupit. Excita potentiam tuam et veni, ut salvum me facias. Emette coruscationes tuas, disperge omnem virtutem inimici, amator hominum, benigneissime Deus. Adjuro te per miserationes tuas ne me cum hoedis a sinistris tuis statuas eum ius qui te exacerbaverunt. Ne dicas mihi, Nescio te; sed tribue mihi propter multam misericordiam tuam, indesinenter cordis compunctionem et flatum, et sanctifica me, ut siam templum gratiae tue. Qui vivis.

*Oratio beati Gregorii in qua omnipotenti Deo debitus agit gratiarum actiones.*

Tibi ago laudes, et gratias tibi refero, Deus mens misericordiae meæ, qui me ad tuam cognitionem perducere, et per sacri baptismatis ablutionem inter adoptionis tuæ filios aggregare dignatus es. Tibi ago laudes et gratias, qui me ab ipsis rudimentis infante usque ad hanc horam per multa desueta vita immensa bonitatis tuæ patientia ad emendationem expectas. Te laudo, et glorifico, qui me sæpiissime de multis tribulationibus, et angustiis, calamitatibus et miseriis liberasti, qui me hactenus de æternis suppliciis, de corporis hujus cruciatibus exemisti. Te laudo et glorifico, qui mihi sospitatem membrorum, tranquillitatem temporum, et honorem, affectum et charitatem, si que etiam in me sunt dona pro tua pietatis gratia conferre dignatus es. Queso, Domine Deus, inestimabilem suavitatis tuæ clementiam, ut inchoata in me bona perficias, quidquid in me tibi displicet repellas, a cunctis me que supersunt tribulationibus, iniquitatibus ac diversis malis eripias, cogitationes meas, locutiones pariter et actus in tua voluntate dirigas, et ne auferas animam meam de hoc mundo priusquam emendare studeat. In tua voluntate inter adversa me et prospera gradientem semper et ubique custodias, et ad tua me visionis desiderata gaudia quandoque perducas.

*Oratio sancti Ambrosii in qua pro suis peccatis veniam postulat.*

Miserator et misericors, patiens et multum misericors, magne et terribilis Deus, tibi confiteor peccata mea, criminia mea, facinora mea, delicta mea tibi patefacio, vulnera mea, sclera mea. Tu propter ineffabilem bonitatem tuam confer mihi misericordiam. Tu enim mitissime dignatus es dicere: *Dolo mortem peccatoris, sed ut convertatur et vivat.* Confiteor, inique egi, perversa est in conspectu tuo via mea. Lapsa est in lacum miserie vita mea. Extincta est iniquitatibus meis anima mea. Superbia, libido, ira, impatientia, malitia, invidia, gula, ebrietas, concupiscentia, rapina, mendacium, perjurium, scurrilitas, stultiloquium, ignorantia, negligentia, seu ceteræ pestes occiderunt animam meam. Pollutum est cor meum et labia mea, et visus mens et auditus, gustus, oloratus, et tactus, et omnimodo cogitatione, locutione, sive actione perdidi sum. Queso, Domine Deus, cujus miseratione nullum habet finem, attrahere me post te sicut attraxisti mulierem peccatricem, dona mihi compunctionem mentis et corporis, et uberrimos lacrymarum fontes, sicut donasti illi non cessare osculari pedes tuos, rigare lacrymis, et extergere capillis; concede mihi ut secundum magnitudinem iniquitatum mearum sit magna dilectio mea in te, ut propter insonitatem pietatis

1386

tuæ omnia dimittas mihi peccata. Largire mihi de præteritis veniam, de presentibus malis continentia, de futuris cautelam. Fac me priusquam moriar consequi plenissime misericordiam tuam, et ne dies meos ante finiri sinas, quam peccata dimittas, sed sicut vis et scis miserere mei.

*Item beati papæ Gregorii de confessione peccatorum et de venia pro his poscenda.*

Da mihi, Domine, confessionem quæ sit placa. Parturi in corde meo incenarrabiles gemitus suscipiant profundam bonitatem tuam in humilitate cordis. Ipsum mihi da petere quod te delectet audire. Ipsum animæ meæ insere ut jugiter delectatio mea ipse sis. Da mihi lacrymas ex tuo affectu quæ peccatorum meorum possint dissolvere vincula. Audi, Deus meus, audi lumen oculorum meorum, audi quod peto, et da quid petam, ut audias. Si despicias, pereo, et si respexeris, vivo; si in justitiam meam non respexeris, feto; si misericordiam tuam respexeris, fetentem suscitas de sepulcro. Quid non mali ego corruptibilis creatura, et quid non boni tu creator et creaturæ fortissimus innovator? Cecidi de manu tua vitio meo, potens es artifex tibi iterum placitum figurare. Corripe me in misericordia tua, ne in ira corripias me. Quod odis in me longe fac a me, et castitatis ac continentiae spiritum insere in me, vitium omne mortifica in me, et animam meam vivifica in te. Hoc da petere, ut te petendo non offendam; hoc presta quod ipse semper custodias: tolle de me quod nocet: ipsum presta quod prospicit. Vulnera mea pando tibi, medicinam tuam ne deges mihi. Quod suscips cura, quod curas sic continue ne dimittas, spes mea, fortitudine mea, misericordia mea, pietas sempiterna, qui es, et qui eris, et qui permanes in secula seculorum. Amen.

*Item oratio Isidori de eadem re.*

Misericordiam tuam, Domine, deprecor, misericordiam tuam imploro, tuam imploro miserationem, tuam clementiam quæro. Dele peccata mea, aliae facinora mea, peccatorum meorum maculas munda, labem criminum meorum purga, sordes delictorum meorum absterge, sordes iniquitatum meorum ablue, non differas mundationem meam. Deus, totum me tibi sanandum offero. Recipiat salutem anima mea, da vulneri meo salutem. Deus languoribus meis medelam tribue, per plagas vulnerum reddre incolendum. Vulneratus sum, medelam quæro. Languidus sum, medelam posco. Consumpta est caro mea, contabuit species mea, ossa mea exaruerunt, membra mea contabuerunt. Appropinquavi corruptioni, umbra mortis comprehendit me, tenebriæ operuerunt me, caligo inferni involvit me, oppressit me tenebrarum horror, doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu. Tibi honor, et gloria, virtus et potestas in secula seculorum. Amen.

*Item oratio Isidori pro omnibus Christianis.*

Pie et exaudibilis Domine Deus noster Iesu Christus, Clementiam tuam cum omni supplicatione deposci-mus, ut per interventum et meritum beatæ et gloriose semperque virginis Mariæ, omniumque sanctorum angelorum, archangelorum, patriarcharum, prophetarum, apostolorum, martyrum, virginum, confessorum, monachorum, et omnium civium supernorum Ecclesiæ tuae sanctæ catholicæ fidem auges, pacem tribuas, rectoribus nostris et nobis indulgentiam, et remissionem peccatorum concedas: infirmis salutem, lapsis reparationem, aerum commoditatem, navigantibus atque itinerantibus fidelibus iter prosperum ac salutis portum, tribulantibus gauidium, oppressis revelationem; captivis, vinctis, et peregrinis remissionem, ablutionem, ad patriam reversionem, mutuam discordantibus charitatem, infidelibus veram fidem, et defunctis fidelibus perpetuam requiem. Angelum tuum sanctum nobis hic et ubique custodem et defensorem propitiis donare

A digneris, qui cum Patre et Spiritu sancto vivis et regnas, Deus, per omnia secula seculorum. Amen.

*Hymnus beati Ambrosii pro infirmis.*

Christe celestis medicina Patris,

Verus humanæ medicus salutis,

Providæ plebi precibus potenter

Pande favorem.

En ob instruños tibi supplicamus.

Quos nocens pestis valetudo quassat,

Ut pius morbum releves jacentum.

Quo quauiuntur.

Qui potestate manifestus extans.

Mox Petri soerum fratribus jacentein,

Reguli prolem, puerumque salvus

Centurionis.

Festo languenti populo vigorem.

Eflue largam in populo salutem.

Pristinis more solito reformans

Viribus ægros.

Corporum morbos animaque sana;

Vulnerum causis adhibe medelam,

Ne sine fructu cruciatus urat

Corpora nostra.

Omnis impulsus perimes recedat,

Omnis incursum crucians liquecat,

Vigor optatae foveat salutis

Membra dolentis.

Jam Deus nostros miserare fletus,

Sic quibus te nunc petimus medere,

Ut tuam omnis recubans medelam

Sentiat æger.

Quo per illata mala dum teruntur

Eruditorem numero decori

Compotes intrent sociante fructu

Regna polorum.

Gloria Patri genitæque Proli,

Et tibi compar utriusque semper

Spiritus alme Deus unus omni

Tempore seculi.

Gloriam psallat chorus et resultet,

Gloriam dicat, canat, et revolvat,

Spiritus alme Deus unus omni

Tempore seculi.

*Hymnus Fortunati presbyteri de Passione et cruce Sæ-vatoris nostri Iesu Christi.*

Pange, lingua, gloriosi

Praelium certaminis,

Et super crucis tropicum

Dic triumphum nobilem,

Qualiter Redemptor orbis

Immolatus vicerit.

De parentis protoplasti

Fraude facta condolens,

Quando pomì noxialis,

Morte morsu corruit,

Ipse lignum tunc notavit.

Damina ligni ut solveret.

Hoc opus nostræ salutis

Ordo depoposcerat:

Multiformis perditoris

Arte ut artem falleret,

Et medelam ferret inde

Hostis unde læserat.

Quando venit ergo sacri

Plenitudo temporis,

Missus est ab arce Patris

Natus orbis conditor,

Atque ventre virginali,

Carne factus prodit.

Vagit infans inter arcta

Conditus præsepia;

Membra pannis involuta

Virgo mater alligat,

Et pedes manusque crura

Stricta pangit fascia.

Lustra sex qui jam peracta  
Tempus implens corporis  
Se volente tempus ad hoc  
Passioni deditus  
Agnus in cruce levatur,  
Immolandus stipite.  
Hic aceto, fel, arundo,  
Sputa, clavi, lancea,  
Mite corpus perforatur,  
Sanguis unda profluit;  
Terra, pontus, astra, mundus  
Quo sanantur flumine!  
Crux fidelis inter omnes,  
Arbor una nobilis,  
Nulla talem silva profert  
Florem fronde germe.  
Dulce lignum dulci clavo  
Dulce pondus sustinet.  
Flecte ramos, arbor alta,  
Tensa laxa viscera,  
Et rigor lentescat ille  
Quem dedit nativitas:  
Ut superni membra Regis  
Miti tendas stipite.  
Sola digna tu fuisti  
Ferre pretium seculi (Al., seculi),  
Atque portum preparare  
Nauta mundo naufragio,  
Quam sacer crux perunxit  
Fusus agni corpore.

*Nem hymnus ejusdem Fortunati de cruce Salvatoris nostri Iesu Christi.*

Vexilla Regis prodeunt,  
Fulget crucis mysterium,  
Quo carne carnis conditor  
Suspensus est patibulo.  
Confixa clavis viscera,  
Tendens manus vestigia,  
Redemptionis gratia  
Hic immolatus est hostia.  
Quo vulneratus insuper  
Mucrone diro lancee  
Ut nos lavaret criminis  
Manavit unda et sanguine.  
Impleta sunt quae concinuit  
David fidei carnime,  
Dicendo nationibus:  
Regnavit a ligno Deus.  
Arbor decora et fulgida,  
Ornata Regis purpura,  
Electa digno stipite  
Tam sancta membra tangere.  
Beata cuius brachii  
Pretium pependit seculi (Al., seculi),  
Statera facta est corporis  
Prædam tulitque tartari  
Fundis aroma cortice,  
Vincis sapore nectare,  
Locum da fructu fertili,  
Plaudis triumpho nobili.  
Salve ara, salve victima  
De passionis gloria,  
Qua vitam mortem pertulit  
Et morte vitam reddidit.

*Oratio pro familiaribus nostris et cunctis fidelibus defunctis.*

Te, Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, supplices deprecamur pro spirilibus famulorum et famularum tuarum N. quos ab origine hujus seculi ad te accersire præcepisti; ut digneris, Domine, dare eis locum lucidum, locum refrigerii et quietis, et ut licet eis transire portas infernum, et vias tenebrarum, maneatque in mansionibus sanctorum, et in luce sancta quam olim promisisti Abraham et semini ejus. Nullam lesionem sustincent animæ eorum,

A sed cum magnus ille dies resurrectionis ac remunerationis advenierit, resuscitare eos digneris, Domine, una cum sanctis et electis tuis; et ut deales corum delicta atque peccata usque ad novissimum quadragesimum, tecumque immortalitatis vitam et regnum consequantur æternum per requiem æternam. *Et reliqua. Animæ iustorum. Et reliqua.*

*Oratio pro qualicunque homine fidieli defuncto.*

Omnipotens et misericors Deus, tuum deprecamur clementiam, quia judicio tuo aut nascimur aut finimur, ut animam fratris nostri N. quam tua pietas de incolatu hujus mundi transire præcepit, in requiem æternam suscias, et in consortio electorum tuorum in resurrectione sociari permittas: ut in æterna beatitudine una cum illis sine fine permaneat per animam quam redemisti. Suscipe, Domine, cum servis tuis, et qui te confessus est in vita communi, et constitutas eum in vita perenni. Per, etc.

B

*Oratio pro defunctis.*

Libera, Domine, animam servi tui N. de périculis infernum, et de periculis tenebrarum, et de persecutionibus multis, et de flammarum gehennæ ignibus. Libera, Domine, animam servi tui N. sicut liberasti Noe per diluvium sæculorum. Libera, Domine, animam servi tui N. sicut liberasti Abraham de Ur Chaldeorum. Libera, Domine, animam servi tui N. sicut liberasti Lot de civitate Sodomorum. Libera, Domine, animam servi tui N. sicut liberasti populum Israel de manu Ägyptiorum. Libera, Domine, animam servi tui N. sicut liberasti Moysen de manu Pharaonis, qui antecedebat populum Israel in deserto. Libera, Domine, animam servi tui N. sicut liberasti David de manu Goliæ gigantis. Libera, Domine, animam servi tui N. sicut liberasti Eliam et Henoc de hoc mundo. Libera, Domine, animam servi tui N. sicut liberasti Susannam de manu principum. Libera, Domine, animam servi tui sicut liberasti Daniel de lacu leonum. Libera, Domine, animam servi tui N. sicut liberasti Jonam de ventre cœli. Sic animam fratris nostri N. ab omnibus periculis pœnarum liberare digneris et bonis æternis cum electis tuis cam perfrui jubeas. Per. In memoria æterna erit. *Et reliqua. Requiem æternam. Partem primæ resurrectionis obtineat, vitamque mereatur æternam. Amen.*

*In Dei nomine beatorum apostolorum, martyrum quaque et confessorum atque virginum ex libro quem beatus Hieronymus de eorum per anni circulum natalitii conscripsit. Incipiunt nomina que sicut a sanctis patribus est traditum in quotidianis sunt legenda.*

Miserere nobis miseris, misericors Trinitas sancta, et dimite universa dilecta nostra que commisimus coram angelis tuis in conspectu tuo, per merita et orationes et intercessiones et invocationes omnium sanctorum tuorum, quorum hodie festivitas celebratur. N. et quorum nomina nunc recitamus. Libera nos, clemens Trinitas, cum omnibus fratribus et sororibus nostris ab omni malo præterito, præsenti, et futuro, de morte ad vitam, de tenebris ad lucem, de inferno ad paradisum, de malo ad bonum, de ignorantia ad scientiam, de peccatis ad veram pœnitentiam, de omnibus vitiis ad perfectas virtutes, de cunctis insidiis inimici ad medicinam cœlestem; et diuinam protectionem per invocationem, tripi nominis tui Patris, et Filii, et Spiritus sancti, quia qui fideliter et humiliter tuum invocaverit, salvus erit. Humiliter ergo et fideliter te postulamus, ut deales et obliviscaris cuncta scelera nostra per suffragia et merita omnium sanctorum tuorum. Angeli, archangeli, virtutes, potestates, principatus, dominationes, throni, cherubim, seraphim, patriarchæ, prophetæ, apostoli, martyres, et confessores, et episcopi sancti, et presbyteri sancti, et diaconi sancti, et omnes

**sancti ecclesiastici , et anachorite , et eremite , et A  
monachi , et sancte virgines , et sancte viduae , et  
sancte sapientes , et omnes sancti qui nos præcesser-  
runt ab Adam usque in hodiernum diem orent pro  
nobis.**

*Inde nomina beatorum apostolorum, martyrum quoque et confessorum atque virginum, quae secundum ordinem a beatis Patribus constitutum tempore jejuniu aut in aliis sancti diebus recitatur quando missa celebratur incipiunt.*

Kyrie eleison,	Christe, eleison.
Christe, audi nos,	Christe, miserere nobis.
Præsta mihi primum ut te bene rogem deinde ut	
me dignum facias exaudiri, deinde ut exaudias.	
Sancta Maria,	ora pro nobis.
Sancta Maria,	intercede pro me peccatore.
Sancta Maria,	adjuva me in die exitus mei.
Sancte Michael,	ora pro nobis.
Sancte Gabriel,	ora.
Sancte Raphael,	ora.
Omnes sancti angelii,	orate pro nobis.
Omnes sancti archangeli,	orate.
Omnes sancti patriarcharum,	orate.
Omnes sancti prophetae,	orate.
Sancte Joannes,	ora.
Sancte Petre,	ora.
Sancte Paule,	ora.
Sancte Andrea,	ora.
Sancte Jacobe,	ora.
Sancte Joannes,	ora.
Sancte Thoma,	ora.
Sancte Matthæus,	ora.
Sancte Philippe,	ora.
Sancte Bartholomæus,	ora.
Sancte Thaddee,	ora.
Sancte Simon,	ora.
Sancte Jacobe,	ora.
Sancte Mathia,	ora.
Sancte Barnaba,	ora.
Sancte Luca,	ora.
Sancte Marce,	ora.
Omnes sancti apostoli,	orate pro nobis.
Sancte Stephane,	ora.
Sancte Line,	ora.
Sancte Tecle,	ora.
Sancte Clemens,	ora.
Sancte Sixte,	ora.
Sancte Cornelii,	ora.
Sancte Cypriane,	ora.
Sancte Dionysi cum sociis tuis,	ora.
Sancte Laurenti,	ora.
Sancte Mauriti cum sociis tuis,	ora.
Sancte Marcelle,	ora.
Sancte Fabiane,	ora.
Sancte Sebastianæ,	ora.
Sancte Vincenti,	ora.
Sancte Valentine,	ora.
Sancte Tiburti,	ora.
Sancte Ignati,	ora.
Sancte Valeriane,	ora.
Sancte Maxime,	ora.
Sancte Georgi,	ora.
Sancte Vitale,	ora.
Sancte Gordiane,	ora.
Sancte Epimache,	ora.
Sancte Pancratii,	ora.
Sancte Urbane,	ora.
Sancte Nicomedis,	ora.
Sancte Marcelline	ora.
Sancte Petre,	ora.
Sancte Vite,	ora.
Sancte Nerei,	ora.
Sancte Achillee,	ora.
Sancte Joannes,	ora.
Sancte Paule,	ora.
Sancte Caspari,	ora.

Sancte Isidore,  
 Sancte Resigne,  
 Sancte Germane,  
 Sancte Marce,  
 Sancte Marcelliane,  
 Sancte Felix,  
 Sancte Audacie,  
 Sancte Prote,  
 Sancte Hiacyntho,  
 Sancte Calistie,  
 Sancte Severine,  
 Sancte Pauline,  
 Sancte Benedicie,  
 Sancte Servasi,  
 Sancte Medarde,  
 Sancte Vedaste,  
 Sancte Amande,  
 Sancte Roberte cum sociis,  
 Sancte Maximiliane,  
 Sancte Corbiniane,  
 Sancte Humalde,  
 Sancte Gislari,  
 Sancte Audomare,  
 Sancte Richari,  
 Sancte Bertine,  
 Sancte Arnulphe,  
 Sancte Leodegari,  
 Sancte Bavo,  
 Sancte Goar,  
 Sancte Gaugerai,  
 Sancte Valeriane,  
 Sancte Theodore,  
 Sancte Aniane,  
 Sancte Athanasi,  
 Sancte Candide,  
 Sancte Rumolde,  
 Sancte Piaton,  
 Sancte Anfride,  
 Sancte Sulpici,  
 Sancte Perpetue,  
 Sancte Brice,  
 Sancte Vigil,  
 Omnes sancti confessores,  
 Sancte Paule,  
 Sancte Antoni,  
 Sancte Hilarion,  
 Sancte Machari,  
 Sancte Pachomi,  
 Sancte Benedicte,  
 Sancte Martine,  
 Sancte Columbane,  
 Sancte Severine,  
 Sancte Ephrem,  
 Sancte Honorate,  
 Sancte Fursee,  
 Sancte Patrici,  
 Sancte Columbc,  
 Sancte Congalle,  
 Sancte Adomnane,  
 Sancte Cherane,  
 Omnes sancti monachi,  
 Sancta Felicitas,  
 Sancta Perpetua,  
 Sancta Agatha,  
 Sancta Lucia,  
 Sancta Caecilia,  
 Sancta Agnes,  
 Sancta Anastasia,  
 Sancta Petronilla,  
 Sancta Susanna,  
 Sancta Justina,  
 Sancta Tecla,  
 Sancta Eugenia,  
 Sancta Eulalia,  
 Sancta Sabina,  
 Sancta Scholastica,  
 Sancta Aldegundis,

## ora pro nobis. A

ora. Sancta Genovefa,  
 ora. Sancta Radegundis,  
 ora. Sancta Afra,  
 ora. Sancta Columba,  
 ora. Sancta Gertrudis,  
 ora. Sancta Juliana,  
 ora. Sancta Erindratis,  
 ora. Sancta Emiliana,  
 ora. Sancta Regula,  
 ora. Sancta Christina,  
 ora. Sancta Prisea,  
 ora. Sancta Lucia,  
 ora. Sancta Euphemia,  
 ora. Sancta Baldina,  
 ora. Sancta Potentiana,  
 ora. Sancta Theodosia,  
 ora. Sancta Sinclita,  
 ora. Sancta Candida,  
 ora. Sancta Basilissa,  
 ora. Sancta Brigida,  
 ora. Sancta Ita,  
 ora. Sancta Samfdenna,  
 ora. Omnes sanctæ virgines, orate pro nobis.  
 ora. Omnes sancti et sanctæ Dei, intercedite pro nobis.  
 ora. Propitius esto, parce nobis, Domine.  
 ora. Propitius esto, libera nos, Domine.  
 ora. Ab omni malo,  
 ora. Ab omni tentatione,  
 ora. Ab emni cogitatione mala,  
 ora. Ab omni iniquitate,  
 ora. Ab omni immunditia cordis et corporis,  
 ora. Ab omni inopia et fame,  
 ora. Ab omni tribulatione,  
 ora. A periculo mortis,  
 ora. Ab insidiis diaboli,  
 ora. A morte perpetua,  
 ora. Ab omni concupiscentia mala,  
 ora. A subitanæa et improvisa morte  
 ora. Ab omni scandalo,  
 ora. Ab omni adversitate,  
 ora. Per crucem tuam,  
 ora. Peccatores, te rogamus audi nos.  
 ora. Ut pacem nobis donare digneris, Domine Jesu,  
 ora. te rogamus.  
 ora. Ut indulgentiam delictorum nostrorum nobis donare digneris, Domine Jesu, te rogamus.  
 ora. Ut remissionem omnium peccatorum nostrorum nobis donare digneris, Domine Jesu, te rogamus.  
 ora. Ut intercessionem omnium sanctorum tuorum nobis donare digneris, Domine Jesu, te rogamus.  
 ora. Ut gratiam sancti Spiritus cordibus nostris clementer infundere digneris, Domine Jesu, te rogamus.  
 ora. Ut sanctam charitatem tuam nobis donare digneris, Domine Jesu, te rogamus.  
 ora. Ut fidem rectam nobis donare digneris, Domine Jesu, te rogamus.  
 ora. Ut spem firmam in tua honestate nobis donare digneris, Domine Jesu, te rogamus.  
 ora. Ut vitam æternam nobis donare digneris, Domine Jesu, te rogamus.  
 ora. Ut lumen perpetuum nobis donare digneris, Domine Jesu, te rogamus.  
 ora. Ut laudem sancto nomini tuo nobis donare digneris, Domine Jesu, te rogamus.  
 ora. Ut veram poenitentiam nobis concedas agere, Domine Jesu, te rogamus.  
 ora. Ut nos a morte perpetua liberare digneris, Domine Jesu, te rogamus.  
 ora. Ut cladem et pestilentiam de terra nostra auferas, Domine Jesu, te rogamus.  
 ora. Ut misericordiam tuam nobis prestare digneris, Domine Jesu, te rogamus.  
 ora. Ut abundantiam frugum nobis donare digneris, Domine Jesu, te rogamus.  
 ora. Ut sanitatem nobis dones, Domine Jesu, te rogamus.  
 ora. Ut cœli serenitatem nobis dones, te rogamus.  
 ora. Ut pluviam temporaneam nobis donec. te rogamus.

Ut cunctum populum christianum pretioso sanguine tuo redemptum conservare digneris, te rogamus.  
 Ut omnes fratres nostros spirituales in vera religione conservare digneris, te rogamus.  
 Ut senioribus nostris a Deo praordinatis perpetuam pacem largiri digneris, te rogamus.  
 Ut his hominibus qui nostris sunt commendati orationibus misereri digneris, te rogamus.  
 Ut omnibus animabus christianorum catholicorum misereri digneris, Fili Dei, te rogamus.  
 Agne Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis.  
 Christe audi nos. Kyrie eleison.

*Oratio cujusdam sapientis.*

Per horum omnium SS. martyrum et confessorum, et beatarum virginum merita et orationes et intercessiones et passiones et suffragia, Trinitas clementissima, exaudi me, libera me, defende me, redime me, protege me, adjuva me, et salva me, conserva me, illustra me. Da mibi, Domine, cor contritum purum, quod te videat, et cogitet, et credit; et pedes castos, qui praeceptis tuis obedienter ministrent, et manus continentis sine ira et vanitate ad te elevatas, quae utilitatem proximorum et misericordiam haborent. Largire, Domine Christe, labia discreta, quae te benedicant, et magnificant, et praedicent, et cum timore et tremore et exultatione te semper adorem, et aures intentas, quae nomen tuum et legem tuam et verba tua audiant, et oculos humiles qui te videant, sensum qui te sentiat, intellectum qui te intelligat, et animam quae te semper cogitet, et diligat; et non veniat mihi pes superbia, et manus peccatoris non moveat me. Non habitet in me gastrimargia, et non coquinet me fornicatio, non gubernet me vana gloria, non obducat me filargiria, non dilaniet me ira, non mortificet me tristitia, evacuet accidia, non humiliet me coenodoxia, et non destruat me superbia: sed largire mihi clemens Trinitas abstinentiam et castitatem, voluntariam paupertatem, et mansuetudinem, largitatem, pietatem, et quietem, et misericordiam, lenitatem, indulgentiam, humilitatem, benignitatem, hilaritatem, patientiam, modestiam, sinceritatem. Miserere mihi, Domine, miserere mihi. Da mihi de criminibus praeteritis veniam, de presentibus emendationem, de futuris largire custodiam. Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum, qui tecum.

*Oratio sancti Augustini, quam quindecim libris quos de sancta composuit Trinitate, subjunxit.*

Domine Deus noster, eredimus in te Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum. Neque enim diceret Veritas apostolis: *Ite baptizate gentes in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti*, nisi Trinitas esses. Nec baptizari nos juberet, Domine Deus, in ejus nomine, si non esset Dominus Deus. Nec diceretur vox divina: *Audi, Israel: Dominus Deus tuus Dominus unus est*, nisi Trinitas ita esses, ut unus Dominus Deus esses, nisi tu Deus Pater ipse esses, et Filius Verbum tuum Jesus Christus ipse esses, et donum vestrum Spiritus sanctus. Non legeremus in litteris Veritatis: *Misit Deus Filium suum, nec tu*, Unigenite, dices de Spiritu sancto: *Quem mittet Pater in nomine meo*, et, *Quem ego mittam vobis a Patre*. Ad hanc regulam iudei dirigens intentionem meam quantum potui, quantum me posse fecisti, quesivi te, et desideravi intellectu videre quod credidi, et multum disputavi, et laboravi, Domine Deus, mea urtica spes mea, exaudi me ne fatigatus nolim te querere: sed quæram faciem tuam semper ardenter. Tu da quærenti vias, qui inveniri te fecisti, et magis magisque inveniendi te spem dedisti. Coram te est firmitas et infirmitas mea: illam serva, illam sana. Coram te scientia et ignorautia mea.

<sup>a</sup> Locus mancus.

**A** Ubi mihi aperiisti, suscipe intrantem. Ubi clavisisti, aperi pulsanti. Meminerim tui, intelligam te, diligam te. Auge in me ista donec me formes ad integrum. Scio scriptum esse: *In multiloquio non effugies peccatum*: sed utinam prædicando verbum tuum et laudando te tantummodo loquerer, non solum superem peccatum, sed meritum bonum acquirerem quantumlibet multum. Sic loquerer, neque enim homo de te beatus peccatum perciperet a germano in fide filio suo conscripsit dicens: *Prædicta verbum, in te opportune, importune*. Nunquid dicendum est istum non multum locutum, qui non solum opportune, verum etiam importune, quæ verbum tuum, Domine, non tacebat? Sed ideo non erat multum, quæ tantum erat necessarium. Libera me, Deus, a multiloquio quod patior intus in anima mea misera in conspectu tuo, et confugientem ad misericordiam tuam. Non enim cogitationibus taœo, etiam tacens vobis, et si quidem non cogitarem nisi quod placaret tibi, non utique rogarem, ut me ab hoc multiloquio liberares; sed multæ sunt cogitationes meæ tales quales nosti cogitationes hominum quoniam vanæ sunt. Dona mihi non eis consentire; et si quando me delectant, eas nihilominus improbare, nec in eis velut dormitando immorari, nec in tantum valeant apud me, ut aliquid in opera mea procedat ex illis, sed ab eis mea saltem sit tuta sententia, tuta conscientia tuente. Sapiens quidam cum de te loqueretur in libro suo, qui ecclesiasticus proprio nomine illum vocat: *Multa, inquit, dicimus, et non pervenimus, et consummatio sermonum universa est ipse*. Cum ergo pervenerimus ad te, cessabunt multa ista quæ dicimus, et non pervenimus, et manebis unus omnia in omnibus, et sine fine dicemus unum, laudantes te in unum, et in te facti etiam nos unum, Domine Deus, une Deus Trinitas, quæcumque dixi in his libris de tuo agnoscant te tui, si quæ de meo et tui ignoscet et tui.

*Incipit oratio sancti Prudentii.*

O Dee cuncti parens, anime dator, o Dee Christe, Cujus ab ore Deus subsistit Spiritus unus. Te moderante regor, te vitam principe duco. Judice te pallens trepido, te judice eodem Spem capio fore quidquid ago veniabile apud te Quamlibet indignus venia, faciamque, loquarque: Consiteor, dimite libens, et parce fatenti. Omne malum merui, sed tu bonus arbiter aufer Quod merui, meliora savens largire precanti. Dona anime quandoque meæ cum corpore is huius Liquerit hospitium, nervis, cute, sanguine, felle, Ossibus extructum, corrupta quod incola luxu Neu nimium complexa foveat cum flebilis hora Claustris hos orbes et conculta [F., conculcata] jacit Materies, oculisque suis mens nuda fructur. Ne cernat truculentum aliquem de gente latronum, Immitem, rapidum, vultuque et voce minacem, Terribilem, qui me maculosum aspergine morum, In præcepis, ut predo trahat nigrisque ruentem Immerget specubus, cuncta exacturus ad usque Quadrantem minimum da nostræ debita vite. Multa thesauris patris est habitatio, Christe, Disparibus discreta locis, nunc posco beata In regione domum: sint illic casta virorum Agmina, pulverum que deditantia censum, Divitiæ <sup>b</sup> semper vere tuas, sit flore percenni Candida virginitas animum castrata recisum. At mibi tartarei satis est si nulla ministri Occurrat facies, avida nec flamma gehennæ Devoret hanc animam mersam fornacibus imis, Estu cavernoso quia sic pro labe necesse est Corporeo tristis me sorbeat iguis averno, Saltem mitificos incendia lenta vapores Exhalent, æstuque calor languente tepescat,

<sup>b</sup> Locus corruptus.

Lux immensa alios, et tempora vinceta eoroni  
Glorificant me, pœna levis clementer adulat.

*Oratio Eugenii episcopi.*

Rex Deus immense, quo constat machina mundi.  
Quod miser en famulus posco tu perfice clemens.  
Sit mihi recta fides, et falsis obvia sectis.  
Sit mihi præcipue in orum correctio præsens  
Sim carus, humilis, verax, cum tempore præsens.  
Secreti tacitus, et linguae famine cautus.  
Da fidum socium, da fixum semper amicum,  
Da blandum, sobrium, parcum, castumque ministrum.  
Non me pauperies cruciet aut languor obuncet.  
Sit comes alma salus et sufficiens victus,  
Absint divitiae, fastus, et jurgia litis,  
Invidiae, luxus, et ventris pensio turpis.  
Crimine ne ledam quemquain, nec criminis ledar.  
Sic bene velle queam, quo pravum posse recedat.  
Nil turpe cupiam, faciam, vel proloquar unquam.  
Te mens desideret, lingua canat, actio promat.  
Da, Pater altitonus, undosum fletibus imbre,  
Quo valeam lacrymis culparum solvere mols.  
Da precor, auxilium, possim quo vincere mundum,  
Et vita stadium placido percurrere passu,  
Cunque suprema dies morte patefecerit urnam  
Concedas veniam cui tollit culpa coronam.

*Oratio Bedæ presbyteri.*

O Deus æterne, mundo spes unica vitæ,  
Da mibi suffragium in tanto discriminis firmum,  
Ne caro succumbat validis infirmis tyrannis;  
Me similem cineri, ventoque, umbræque memento:  
Sed tuae perpetuo pietatis quæ fulget ab ævo  
Tegmine qui carnis veniens vestitur ab alto  
Aerius caro quo posset devincere fatus  
Prælia si fremitent, condamnet et hostica salpix,  
Te duce fidele facilis Victoria ditet,  
Liber ut a laqueis tete protegente profundis,  
Et rex magne tui florere per edita templi.  
Nam tua nostra [F., noster] amor sitit atria, dulce

[deucusque]

Audiat angelico dulces qua carmina laudes.

*Item ejusdem.*

Fida manens misericordia solus in axe salus.  
Et famulum a nece, Rex magne, tuere tuum.  
Si sola innumeris obvia tela paret.  
Graminis utique decor sic mea vita fugit  
Eripiat semper fraudis ab ore tuum.  
Ancipihi chelydrum percutis ense serum  
Et vaga signifero vele castra Deo,  
Truxque cruenta citet miles in arma suos,  
Nexa tibi nullus pectora turbat hydros.  
Alithrone merear lucis adire vias,  
Atque sacris superum celsus adesse choris,  
Cernere glorificet leta per arva domus  
David quoque sacrum personet ore melos.

*Oratio sancti Augustini.*

Deus universitatis conitor, præsta mihi primum  
ut te bene rogen, deinde ut me agas dignum quem  
liberes, postmo iun ut liberes. Deus, cuius nos ex-  
citit filii, spes erigit, charitas jungit: Deus, per  
quem vincimus inimicum, te deprecor, Deus, per  
quem accipimus ne omnino prereamus. Deus, a quo  
admonemur ut vigilemus; Deus, per quem bona a  
malis speramus; Deus per quem mala fugimus; et  
bona sequimur; Deus, per quem non laetimur adver-  
sitatis; Deus, per quem bene servimus et bene do-  
minamur; Deus, per quem dicimus, aliena esse quæ  
aliquando nostra et nostra esse quæ aliquando aliena  
putabamus, exaudi, exaudi, exaudi me, Deus meus,  
Domine meus, Rex meus, Pater meus, causa mea,  
res mea, honor meus, dominus mea, patria mea, sa-  
lus mea, lux mea, vita mea, exaudi, exaudi, exaudi  
me, Domine, more tuo illo paucis notissimo. Jam te  
solum amo, te solum sequor, te solum quero, tibi  
soli servire paratus sum, quia tu solum juste domi-  
naris. Tui juris esse cupio, jube, queso, atque in-

A pera quidquid vis: sed sana et aperi aures meas  
qui us vocem tuam audiam: sed et sana et aperi  
oculos meos, quibus nutus tuos videam. Pateat mihi  
pulsanti janua tua. Quomodo ad te perveniatur, doce  
me; nihil aliud habes quam voluntatem, nihil aliud  
scio nisi fluxa et caduca spernenda esse, certa et  
eterna requirendam. Hoc facio, Pater, quia hoc  
solum novi, sed unde a te perveniatur ignoro. Tu  
mihi suggere, tu ostende, tu viaticum praeb. Si  
fide te inveniunt qui ad te refugunt, fidem da: si  
virtute virtutem: si scientia, scientiam. Auge spem  
in me, auge fidem, auge charitatem. Sancte Petre,  
intercede pro peccatis meis, sancte Paule, intercede  
pro infirmitatibus meis, sancte Andrea, intercede  
pro piaculis meis, sancte Jacobe, intercede pro malis  
meis, sancte Joannes, amator Domini, intercede pro  
miserrimis factis meis, sancte Philippe, intercede  
pro vanis cogitationibus meis, sancte Bartholomee,  
intercede pro criminibus meis, sancte Matthæe, pro  
iniquitatibus meis, sancte Thoma, intercede pro de-  
liciis meis, sancte Jacobe, intercede pro sceleribus  
meis, sancte Thadæ, intercede pro transgressionibus  
meis, sancte Simon, intercede pro omniibus vanitati-  
bus meis, sancte Matthia, intercede pro oculis  
meis. Obsecro vos omnes apostolos Christi, per com-  
memorationem vestram, ut mihi servo vestro misere-  
reamini, et me in omni necessitate adjutorio adju-  
vetis. Rogo novem ordines angelorum, angelos,  
archangelos, virtutes, principatus, potestates, domini-  
nationes, thronos, cherubim, et seraphim, ut inter-  
cedatis pro me, ut sit mihi propitius Christus Filius  
Dei vivi, et misericordiam ejus consequi merear hic  
et in futuro. Obsecro divitias bonitatis tuae, et lon-  
ganimitatis tuae, et patientiae tuae, Jesu Christe, Fili  
Dei vivi, Salvator et Redemptor mundi, ut propi-  
tius fias mihi peccatori, qui non vis mortem pecca-  
toris, sed ut convertatur et vivat. Non extingues  
lumen fumigantem et arundinem quassatam non  
confringes. Fac me sicut unum de mercenariis tuis,  
ut efficiar a te de servo amicus, et fiat voluntas tua,

sicut in cœlo et in terra. Da mihi, Domine, compunctionem cordis et lacrymas, ut defleam diebus ac  
noctibus omnes dies negligentiæ meæ cum humilitate  
et puritate cordis et charitate. Appropiat oratio mea  
in conspectu tuo, Domine. Si iratus fueris, Domine,  
adversus me, quem adjutorem quero, aut quis mi-  
sercibit in infirmitatibus meis? Memento quod Chan-  
nanæam et publicanum vocasti ad pœnitentiam, et  
Petrum lacrymantem suscepisti, clementissime Pater,  
sic et meas orationes suscipe, misericors Deus, et  
salva me Salvator, mundi, qui vivis et regnas in se-  
cula sæculorum. Amen.

*Item ejusdem.*

Salva me, Domine, rex æterne glorie, qui solus  
potes salvare. Da mihi et velle et operari et perficere  
quæ tibi placent et mihi expediant. Da in perturba-  
tionem et tribulationem auxilium, in persecutione solati-  
um, et in omni tempore tentationis virtutem. Tri-  
bue mihi de præteritis malis veniam, de presentibus  
vitiis emendationem, de futurisque peccatis largiri  
digniteris custodiæ. Deus qui præcessus es futurorum,  
qui transacta velut presentia conspicis, tu, Domine,  
oculos cordis mei aperi dignare, et acceptabilem  
tibi fac animam meam, ut semper tuus amor pectus  
meum inflammet, et per diem tecum sit fabulatio  
mea, et per noctem visitationem tuam cognoscam:  
quia dulcia sunt eloquia tua. Domine, in fauibus  
meis, suscipte spiritum meum in tua perpetua pace.  
Te invoco, Domine, cui assistunt omnes cho-  
rorum, et glorificant cum timore et tremore: noli  
derelinquare animam meam, ut non dominetur ei  
quem tu confudisti in desiderio tuo. Te invoco illu-  
minatorem hominum et salvatorem et redemptorem.  
Clamo ad te, exaudi me, Domine, et solve vincula  
peccatorum meorum, in quibus constrictus teneor,  
qui sum Patre, etc.

*Item unde supra.*

Domine Deus meus, qui non habes Dominum, sed omnia tue sunt conditioni subjecta: ne despicias me indignum famulum tuum, sed in numero fidelium servorum tuorum me repulans, ante conspectum gloriae tue fac gaudere. Tu enim dixisti: *Non veni rocare justos, sed peccatores.* Et iterum: *Nolo mortem peccatoris, sed ut convertatur et vivat.* Ego te, Domine inspirante, volo converti, imple desiderium meum in bonum, et da praeteritorum veniam delictorum, futurorum custodiam vitiorum, praesentium emendationem criminum, ut vivam. Gradiens ad te piun et iuvense pietatis dulcedinem Dominumque perveniam, qui propter genus hominum ad terras descendere dignatus es, et tuum pretiosum sanguinem fundendo, gentes ad baptismi gratiam vocasti, et de errore gentili liberasti. Ego infelix quod in baptismo pollicitus sum nunquam servavi. Poenitit me ergo egisse quod nequiter gessi. Suscipe poenitentis lacrymas, miserere, misericors et indulge quod feci, et hoc presta ne faciam amplius. Tu conspice, Domine, pericula mea in qua subsisto, et quibus malis circumdatus sum, quantisque per incum meritum adversitatibus quatiar. Libera me, salva, protege, et defende me, ut non rideant de me inimici mei, quia tu es Deus meus. Sola spes mea in te solum confido, de nullius hominis solatio spero. Guberna me ut pius pater, ut post tantas talesque procellas seculi undique saevientes ad portum salutis aeternae, te duce, merear pervenire, et cum aliis quos eripuisti laudare te Dominum meum per infinita secula seculorum. Amen.

*Oratio ad Patrem.*

Domine Deus, Pater omnipotens, qui consubstantiale et coeternum tibi ante omnia ineffabiliter secundum Filium genuisti, qui cum eo atque cum sancto Spiritu tuo ex te eodemque Filio procedente quecumque existunt visibilia atque invisibilia creasti, te adoro, te laudo, te que glorifico. Esto, queso, propitious mihi peccatori, et ne despicias me opus manuum tuorum, sed salva, et adjuga me propter nomen sanctum tuum.

*Oratio ad personam Filii.*

Domine, Jesu Christe, Fili Dei vivi, qui es verus et omnipotens Deus splendor et imago Patris, et vita eterna, cui una est cum Patre sanctoque Spiritu substantia, aequus honor, eadem gloria, coeterna majestas, te adoro, te laudo, te que glorifico, ne me, obsecro, perire patiaris, sed salva, et adjuga me gratuito munere tuo, quem dignatus es redimere pro ioso sanguine tuo.

*Oratio ad personam Spiritus.*

Domine sancte Spiritus, Dens omnipotens, qui coequalis, et coeternus, et consubstantialis Patri Filioque existens, ab eis inenarrabiliter procedis; qui super eundem Dominum Iesum Christum in columba specie, et super sanctos apostolos in linguis igneis descendisti: te adoro, te laudo, te que glorifico. Depelle a me, queso, tenebras totius iniquitatis et perfidiae, et accende in me lumen tue misericordiae, et ignem sanctissimi ac suavissimi amoris tui.

*Oratio ad sanctissimam et individuam Trinitatem.*

Domine Deus omnipotens, aeterno, inefabilis, sine fine atque initio, quem unum in Trinitate, et trium in Unitate confitemur, te solum adoro, te laudo, te que glorifico, libique misericors et clemens gratias refero, qui me exutum nocte perfidiae et erroris, particeps fieri tribuisti gratiae tue; perfice, queso, in me, Domine, cœptum in me opus misericordiae tue, et dona mihi semper cogitare, loqui et agere quæ placita sunt tibi, et gratuita me ubique pietate custodiens; fac me indignum et miserum ad tuam pervenire visionem qui es unus.

**A** *Oratio ad Dominum Jesum Christum.*

Domine Jesu Christe, rex virginum, integritatis amator, munda cor meum ab omnibus sagittis et insidiis inimici, et extingue in me omne incendium libidinis. Da veram humilitatem, et tranquillitatem, et patientiam pectori meo. Succende mentem meam tuae charitatis stimulis, ut odio habens omnem viam iniquitatis, possimi cunctis diebus vite meæ complacere tibi, qui cum Patre.

*Oratio ad sanctam Mariam.*

Singularis meriti, sola sine exemplo mater et virgo Maria, quam Dominus ita mente et corpore inviolatam custodivit, ut digna existeres ex qua sibi nostrae redemptoris premium Dei Filius corpus aplaret: obsecro te, misericordissima Domina, per quam totus salvatus est mundus, intercede pro me spuriissimo, et cunctis iniquitatibus fac latissimo, ut qui ex meis iniquitatibus nil aliud dignus sum, quam aeternæ damnationis sulcio supplicium, tuis, Virgo splendidissima, salvatus meritis perenne consequar regnum. Per Dominum.

*Oratio ad sanctos apostolos.*

Sanctissimi apostoli Domini mei Jesu Christi, beatissime Petre, Paule, Andrea, Iacobae, Joannes, Thomas, Iacobae, Philippe, Bartholomee, Matthei, Simon, Thadæi, Mathias, Barnabas, Luca, et Marce. cum omnibus discipulis Domini mei Jesu Christi orate pro me, ut abstrahat me Dominus a mundo, sicut abstraxit vos, et donet me sequi vestigia suæ vel in extremo agmine vestro.

*Oratio ad venerabilem Benedictum.*

Obsecro te, beatissime Benedicte, dilecte Dei, intercede pro servo tuo... et omni sancta hac tua congregatione, et pro universis sub tuo magisterio militantibus, simul et pro omni populo Christiano. Intercede et pro me misero servo tuo, ut purget Dominus cor meum, os meum, et acuis meos a cunctis vitiis. Tribunal mihi servare cuncta quæ præcepit, et custodire sancte regule tue tramitem, quam me servaturum spopondi.

*Oratio ad plures confessores.*

Obsecro vos, beatissimi confessores Christi atque doctores, Cypriane, Basili, Gregori, Athanasi, Eusebi, Ambrosi, Martine, Augustine, Hieronyme, German, Leo, Joannes, Isidore, dignemini intercedere pro me peccatore, ut concedat mihi Dominus servare quæ docuistis, et in vestro me faciat consoritio gratali.

*Oratio sancti Gregorii papæ.*

Dominator Domine Deus omnipotens, qui es Trinitas una Pater in Filio, et Filius in Patre, una cum Spiritu sancto, qui es semper in omnibus, et eras ante omnia, et eris per omnia Deus benedictus in secula. Amen. Commendo animam meam in manus potentiae tue, ut custodias eam diebus ac noctibus, horis atque momentis; miserere mei Deus angelorum. Custodi me per orationes patriarcharum, per merita prophetarum, per suffragia apostolorum, per victorias martyrum, per fidem confessorum, qui tibi placuerunt ab initio mundi. Oret pro me sanctus Abel, qui primus coronatus est martyrio. Oret pro me sanctus Enoch, qui ambulavit cum Deo, et translatus est a mundo. Oret pro me sanctus Noe, quem Dominus servavit in diluvio propter justitiam. Roget pro me fidelis Abraham, qui primus creditus Deo, cui reputata est fides ad justitiam. Intercedat pro me sanctus Isaac qui fuit justus et obediens patri usque ad mortem, in exemplum Domini mei Jesu Christi, qui oblatus est Patri pro salute mundi. Postulet pro me felix Jacob, qui vidit angelos Dei venientes in auxilium sibi. Oret pro me beatus Moses, cum quo locutus est Dominus facie ad faciem. Subveniat mihi sanctus David quem elegisti, Domine, secundum cor tuum. Deprecet pro me Elias propheta,

quem clevasti in curru igneo usque ad cœlum. Oret pro me Eliseus propheta, qui suscitavit puerum mortuum post mortem suam. Oret pro me sanctus Isaia, cui mundata sunt labia igne cœlesti. Adsit mihi beatus Jeremias, quem sanctificasti, Domine, in utero matris suæ. Oret pro me Ezechiel sanctus propheta, qui vidi visiones admirabiles. Preceatur pro me electus Daniel ac desiderabilis Dei, qui solvit somnia regis, et interpretatus est, et bis liberatus est de lacu leonum. Subveniant mihi tres pueri, quos liberasti ab igne. Et duodecim prophetæ Osee, Joel, Amos, Abdias, Habacuc, Michæas, Jonas, Nabum, Sophonias, Aggeus, Zacharias, Malachias, Esdras. Hos omnes invoco in auxiliu mibi. Assistant mihi omnes apostoli Domini nostri Jesu Christi, Petrus et Paulus, Andreas et Joannes, duo Jacobi, et Bartholomeus, Thomas et Matthæus, Barnabas et Matthias, et omnes martyres, et omnes sancti tui, Domine, intercedant pro me. Depelle a me, Domine, concupiscentiam galæ, et da mihi virtutem abstinentiae. Fuga a me spiritum fornicationis, et da mihi ardorem castitatis, et exsingue in me cupiditatem, et da mihi voluntariam paupertatem. Cobibe iracundiam meam, et accende in me nimiam animæ suavitatem et charitatem Dei et proximi. Subtrah a me, Domine, seculi hujus cupiditatem, et da mihi voluntariam paupertatem. Abscinde a me, Domine, tristitiam seculi, et auge mihi gaudium spiritale. Expelle jactantiam mentis meæ, et tribue mihi compunctionem cordis. Minue superbiam meam, et perfice in me humilitatem veram, quia indignus ego sum et infelix homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus, nisi gratia Domini nostri Jesu Christi? quia ego peccator sum et innumerabilia delicta mea, et non sum dignus vocari servus tuus. Suscita in me fletum, mollifica cor meum durum et lapideum, et accende in me ignem timoris et amoris tui, qui sum enim mortis. Libera animam meam ab omnibus insidiis inimici, et conserva me in tua voluntate. Doce me facere voluntatem tuam: quia Deus meus es tu, tibi honor et gloria per omnia sæcula sæculorum. Amen.

#### *Item alia oratio.*

Christe, parce, et miserere mei, non secundum meritum meum, sed secundum magnam misericordiam tuam. Deprecor bonitatem tuam, noli me reprobare, sed suscipe me secundum eloquium tuum et vivam, et non confundas me ab expectatione mea. Miserere mei, Domine, quia peccavi tibi. Da mihi fontem lacrymarum, fons vite et lux luminis. Concede mihi in presenti vita veram poenitentiam de peccatis meis, et in bono perseverantiam. Domine, exaudi orationem meam, qui vivis et regnas, Deus, in sæcula sæculorum. Amen.

#### *Item Oratio.*

Miserator et misericors Deus, qui et barbaros vis salvare, et ad agnitionem veritatis tuæ venire, ad te confugio fidelium salvatorem. Miserere mihi, quia te plurimum exacerbavi, et inimico consentiens congaudere eum feci, quia in mortem peccati decidi. Tu, Domine, qui et impiis et his qui sunt sine misericordia, miseris et proximis misericordiam impendis, miserere humiliatis meæ: apud te enim, Domine, nihil est impossibile. Fac misericordiam signamento tuo, quia benignus et misericors es, qui et corpora hominum in die resurrectionis resuscitaturus es, exaudi me, Domine, quia defecit spiritus meus, et infelix anima mea; tabefactum est etiam corpus meum propter immunditiam, et jam vivere non sum dignus propter iniquitatem meam. Ignosce mihi, Domine, poenitentem peccata mea, vivifica me misericordia tua, et tribue mihi cor contritum et humiliatum, quod non despicias. Da fiduciam misericordie et indulgentie tue, ut residuum tempus vite, quod mihi donaveris, tua mandata custodiam, et a timore tuo nunquam recedam: sed ut devote tibi de-

A serviam, et voluntatem tuam sincere perficiam. Parce mihi, quia tua bonitati consisteas omnia peccata mea coram sanctis angelis tuis, et coram justis hominibus; Domine, miserere mei, ut et alios erudiams, et ad servitium tuum sanctum perducam. Domine, vivifica me, et conforta in voluntate tua, et perseverantiam boni operis tribue mihi, et cautelam necessariam contra omnes insidias inimici, scientiam quoque et fortitudinem ejus temptationibus resistendi. Miserere mei, et exaudi me, Domine Deus meus, qui vivis et regnas in sæcula sæculorum. Amen.

#### *Pro invidia hominum.*

Libera nos, Domine, a latratu hominum pessimum, ut detrahentia vomitum eorum cœnosa contagia nostram que a te est non polluant puritatem. Te deprecamur, pius dominator Deus, qui vivis et regnas in sæcula sæculorum. Amen.

#### *Oratio quotidiana.*

B Omnipotens sempiterne Dens, te humiliter deprecamur ut non nos permittas perire quia tux creaturæ sumus. Concede nobis spatium vite vivendi, ut ante diem exitus nostri per veram poenitentiam tibi placere mereamur. Per Dominum.

*Confessio et oratio sancti Augustini de libris confessionum ejus.*

O Domine Jesu, qui omnibus te puro corde quærentibus miseraris, quantum spatiatus sum in mea memoria quærens te: et quia nemo alicubi te inventit, nisi miseratione tua demonstrante in memoria sua. Nam ex quo te puro corde didici non sum oblitus tui. Ubi enim inveni veritatem, ibi te inveni Dominum meum. Itaque ex quo te didici, manes in memoria mea, et illic te invenio cum reminiscor tui, et delector in te. Hæ sunt enim sanctæ deliciae meæ, quas dedisti in misericordia tua, respiciens paupertatem meam. Tu enim dedisti hanc dignationem in memoriam meam, ut maneas in ea. Ubi ergo te inveni, ut discerem te, nisi in te etiam supra me, quia es ubique plenus atque perfectus Deus meus. Et quisquis te puro corde quæsierit, misericordia tua inseres te in memoriam quærenti te: ut ibi inveniat te. Tu enim solus es veritas, et ubique præsidies, omnibusque consulentibus te simul respondes omnibus, etiam diversa consulentibus liquide tu respondes: sed non liquide omnes tuam responsionem audiunt. Optimus minister tuus est, qui non magis intuetur hoc a te audire quod ipse carnaliter voluerit, sed potius hoc vele quod a te audierit. Heu mihi miser! quod tam sero te amavi, pulchritudo tam antiqua et tam nova! Tu enim sancta gratia tua me vocasti, et rupisti surditatem meam, illuminasti cor meum, fugasti cæcitatem meam. Dedisti enim mihi sensum purum ut cognoscerem te: dedisti et amorem ut diligarem te, dedisti et voluntatem ut exardescerem in sanctam pacem tuam. Cum enim sancta tibi inhæsero voluntate, nullus mihi nocet dolor et labor; sed viva erit vita mea tota plena gratia tua, quoniam quem tu imples subleyas cum: cum enim tui plenus non sum, oneri mihi sum. Contendunt letitiae meæ flendæ cum letandis mœroribus, et ex qua parte stet victoria nescio. Contendunt mœrores mei mali cum gaudiis bonis, et ex qua parte stet victoria nescio. Hei mihi, Domine, miserere nisci! Hei mihi! Ecce vulnera mea non abscondo: medicus enim tu es, ego ager sum; tu misericors es, ego vero miser. Nam quid tentatio est vita humana super terram? Et tota spes mea non nisi in magna valde misericordia tua? Da, Domine, nobis et velle et posse perficere quod juies, et jube quod vis. Imperas nobis continentiam, sed nemo potest esse continuus nisi tuo dono. Et hoc ipsum est sapientia scire cuius hoc donum est. Per continentiam quippe colligimus in membra corporis tui, et redigimus in unum a quo in multa defleximus. Minus enim te amat quam debeat, qui tecum aliquid amat. O amor, qui semper

**ardes, et nunquam extingueris!** Tu es charitas vera, tu es charitas pura. Deus meus, extingue in me omnem concupiscentiam malam, et accende in me suavissimam charitatem. Continentiam jubes, tu misericors Deus, da quod jubes. Jubes certe ut continentiam a concupiscentia oculorum, et ambitione saeculi istius : sed adhuc vivunt in memoria mea talium rerum imagines, quas ibi consuetudo mea fixit, et occursantur mihi. Nunquid non potest manus tua, Deus omnipotens, sanare omnes languores animae meae, atque abundantiore gratia tua lascivos motus etiam mei operis extinguere. Auge in me, Domine, auge magis magisque in me munera tua, ut anima mea in me sequatur te. Qui cum Patre et Spiritu sancto unus es Deus, unus es Dominus, vivens et dominans per omnia, et super omnia in saecula saeculorum. Amen.

*Item oratio ejusdem contra illusiones somnii.*

Domine Iesu Christe, miserere mei, et cohibe in me omnis iniqua concupiscentia motum; ita ut neque in somniis sit mihi rebellis; ut non me compellat corruptelarum turpitudines perpetrare, quae per imagines animales me usque ad carnis fluxum in somnis conuantur seducere. Sed nec conscientia quidem animus maligna suscipio. Nam ut nihil tale vel tantulum libeat quantulum possit nutu cohiberi, etiam in casto dormientis affectu non magnum est agere tibi omnipotenti Deo, qui vales facere supra quam petimus aut intelligimus : nunc tamen qui adhuc sum in hoc genere mali moi dixi tibi bono Domino meo, exultans cum tremore in eo quod donasti mihi, et lugens in eo quo l adhuc imperfectus sum, sperans perfecturum te in me misericordias tuas, usque ad plenariam pacem quam tecum habebunt interiora et exteriora mea, cum absorta fuerit mora in victoria. Praesta hoc et fac, omnipotens Deus, qui vivis et regnas in saecula saeculorum. Amen.

*Item oratio contra gulæ vitium.*

Omnipotens mitissime Deus, tua gratia inspirante, et tua misericordia auxiliante, malignis tentationibus quotidie conor resistere, et invoco super me auxilium gratiae tue, et ad te refero aestum animi mei, quia consilium mihi de hac re non est aliunde, nisi a te Deus mens misericordia mea. Audio denique jubentein vocem tuam, non graventur corda vestra in crapula et ebrietate. Ebrietatem, rogo, misericors, ut longe facias a me. Misereere ne decipiatur me. Crapula autem nonnunquam subripit servo tuo ; misereere, ut avertas eam a me. Nemo enim potest esse continens, nisi tu des. Multa bona nobis orantibus tribuis, et quidquid boni antequam oraremus acceptimus, a te accepimus; et ut postea hoc cognoscemus a te accepimus, audivi aliam vocem tuam : Post concupiscentias tuis non eas, et avertere a voluntate tua. Audivi et illam ex munere tuo quam multum amavi : Neque si manducaverimus abundabimus, neque si (non) manducaverimus deficimus. Hoc ita intelligitur : Nec esca me copiosum faciet, nec esuries ærumnosum, quia anima de jejuno reficitur. Audivi et alteram : Ego enim dedici in quibus sum sufficiens esse. Scio et abundare, scio penuriam pati, omnia possun in eo qui me confortat. Christus Deus misericors, conforta me, da velle, et posse quod jubes, jube quod vis : unde appetat, sancte Deus meus, te dare cum sit quod imperas fieri. Eripe me, piissime Deus, ab omni tentatione et ab omni malitia, et qui est, Domine, qui non rapitur extra metus necessitatis ? Nam quisquis ille est, misericordia tua magnus est : dignum est ut magnificet nomen tuum. Ego autem non sum, quia peccator homo sum, sed tamen magnifico semper nomen tuum, qui interpellat te pro peccatis meis, Pater sancte Christe, qui vicisti saeculum numerus me vel inter firma membra corporis tui, quia imperfectum meum viderunt oculi tui. Justi autem tui omnes in libro tuo scribentur

A per te datorem bonorum omnium, qui cum Patre et Spiritu sancto vivis et regnas unus Deus per omnia saecula saeculorum. Amen.

*De oratione quotidiana.*

Deus in adjutorium meum intende, Domine, ad adjuvandum me festina. Tribus vicibus cum Gloria. Domine Iesu Christe, Fili Dei vivi, in nomine tuo levabo manus meas. Deus omnipotens, adjuvare mihi digneris, et scientiam, et intellectum, et voluntatem bonam una cum fide catholica dona mihi in servitum tuum. Domine, tu es qui venisti salvare peccatores, salva nos. Deus, quomodo vis sicut tibi placet. Domine Deus clementissime, auxiliare mihi digneris. Tu enim scis quod nobis oportet.

*Incipit confessio.*

Deus ingestimabilis misericordiae, Deus immensa pietatis, Deus conditor et reparator humani generis, qui conscientiam tibi corda purificas, et accusantes B se ante conspectum divine clementiae tue, ab omni vinculo iniquitatis absolvis; virtutem tuam totis exoro gemitibus ut secundum multitudinem miserationum tuarum de omnibus peccatis meis, de quibus me accusat conscientia, parum mihi concedas coram te agere confessionem, veramque ex his omnibus et condignam mihi tribuas poenitentiam, quæcumque peccavi in cogitationibus pessimis, in meditationibus pravis, in consensu malo, in consilio iniquo, in concupiscentia, atque delectatione immunda, in verbis otiosis, in factis malitiosis, in visu, in auditu, in gustu, in oloratu et tactu. Tu enim, misericors Deus, ad operam tam mihi anime meae salutem membra singula humanis usibus apta deolis i : sed ego miserrimus omnium et peccator te, æternæ salutis auctorem, contempsi, et aeternam mihi inimico incendia preparanti suadente concessi. Lapsus sum in peccatis, corru in delictis, in membris singulis nature modum cessi, et impiissime pravis et perversis laboribus obnoxium me feci. Pedes mei ad currentem in malum sequendo libidinem supra modum veloces fuerunt, et in obedientia mandatorum tuorum imbecilles, crura mea ad me sustinendum in malum fortia, genua mea ad fornicationem potius quam ad adorationem libenter flexi, in senoribus, et in genitalibus meis supra modum, in omnibus me immunilitiis containinare non metui, et reuin me omni ora peregi. Venter meus, et viscera omnia crapula sunt jugiter et ebrietate distenta. In rebus et lumbis illusione diabolica ac flamma libidinis turpissimo ardeo desiderio. Latera enim mea luxuriam malitiae non formidant perpetrare. Dorsum ineum ad iniqua roboravi opera, et collum meum in carnali erexi superbia; hunera mea ad portandum nequitie onera subiidi, et brachia illecebrosis jugiter amplectibus prebui. Manus meæ plena sunt sanguine, omnibusque sordibus sunt polluta, prompte ad omne opus pravum, pigræ ad aliquod operandum bonum. Os meum nefario pollutum est oscalo, et iniuria est concupiscentia maculatum, verbiisque luxuriosis ac rabulis otiosis superabundanter me, et mendacio coinquinavit. Gula semper et ebrietati deditus carnalibus nunquam desiderii satiatus : sed et lingua mea detractione est, et omni fallacia profanata, guttur meum insatia:li semper ardet ingluvia, aures meæ dolosis aptæ sunt loquelis, prompte ad omne malum, surdæ ad omne bonum. In naribus namque sepius inquis detectatus sum odoribus etiam patredinem delictorum minime horroci. Quid igitur dicam de oculis qui multus me crimibus fecerunt obnoxium, omnemque sensum cordis mei averterunt, quibus in omni consensi libidine, qui et me quamvis raro in sanctuario tuo, te Domine, adorantem intuitu perverterunt iniquo, omnemque motum corporis mei ad immunda pertinxerunt desideria? Caputve meum omnibus supereminens membris raro unquam, Domine, ad te

creatorem meum inclinavi : sed etiam ex eteris membris in omni malitia consentaneum feci. Cor meum plenum dolo, et nequitia nimirum pura purgavi penitentia ; sepeque diabolica pollui illusione ; nec nunquam satis vera abhui confessione. Non enim haec narrans tuam, Domine, in me blasphemо creaturam, sed meam a te, plissime Deus, exposco medicinam, qui etiam in omnibus membris meis me reum intelligo super mensuram, quia ut astra coeli atque arena maris mea ita innumerabilia esse cognoscō delicta. Insuper etiam ita tristitia, accidia, jactantia, avaritia, atque desidia, omnibusque octo principalibus vitiis obnoxium me esse profiteor : sed tu, Domine, occulitorum cognitor, qui divisi poenitentiam te malle peccatorum quam mortem, tibi omnia cordis mei revelo arcana ; respice in me et miserere mei, fontemque lacrymarum, et remissionem omnium peccatorum intima mihi cordis confessione tribue poscenti. Renova, innova in me, piissime Pater, quidquid actione, quod verbo, quod ipsa denique cogitatione, diabolica fraude vitiatum est, et unitati corporis Ecclesiae membrum tue redēptionis adnecē, et non habentem fiduciam nisi in tua misericordia ad sacramentum tue reconciliationis admittē. Per Jesum Christum unigenitum Filium tuum Dominum et Salvatorem nostrum, qui tecum una cum sancto Spiritu unus est Deus, unus es Dominus, per immortalia regnans aetūa aetūorum. Amen.

*Item oratio.*

Deus justorum gloria, et misericordia peccatorum, qui dixisti : *Nolo mortem peccatoris, sed magis ut convertatur et vivat* : suscipe me, piissime Pater, poenitentem famulum tuum, quia tibi confiteor omnia delicia et peccata mea, quicunque peccavi corram te, et coram sanctis angelis tuis, in cogitatione, in verbo, et opere, in omnibus simul vitiis et peccatis, sive in superbia et elatione, unde me gravissime reor esse pollutum, et in omnibus peccatis que nascuntur ex ea, in inobedientia, in presumptione iniqua, atque in pertinacia et contentione, vel etiam in arrogancia et obstinatione, sive in gula, in qua me super mensuram occupatum aestimo, et in universis vitiis que generantur ex ea, in in honesta letitia, in scurrilitate et risu, in vaniloquio, in immunditia simul cordis et corporis, in instabilitate mentis, in libidine et ebrietate, in commissatione non modica, in fornicatione quoque multis modis me pollutum esse sentio, et in cunctis sceleribus quoque pullulant ex ea, in excitate mentis, in visu malo et noxio, in auditu vano ac turpi, in gusto immoderato, in odoratu seculo, in tactu nequissimo, in consensu delectationis maligne, in immenso amore proprie voluntatis, in periculo vite, in lascivia et petulantia, in incontinentia mali desiderii, consilio iniquitat̄, in odio mandatorum tuorum, et in negligencia atque in consideratione vite future, in avaritia quoque superabundanter me reor esse demersum, et in tota serie criminum que procedunt ex ea, in invidia et dolo, in farto et rapina, in perjurio atque mendacio, nec non et falso testimonio, in inquietudine mentis, in injusto iudicio vel fraude, in veritatis contemptu, in obliuione beatitudinis semperne, et in obdurate mortis. Deinde in ira et in iracundia nimium me esse arbitrō depravatum, et in omnibus delictis ejus rafacie surgentibus, in tumore mentis, in rixa et dissensione, in contumelia, in injurgandi vel ulciscendi amore, in odio, in impatientia, in malefactionibus et blasphemias, in indignatione iniqua, in recordatione injurie meae, in aedificatione etiam immensa timeo me nimium obnoxium esse, et in omni labore facinorum ex ejus fornite prorumpensum, in somnolentia et boni operis pigritia, in inconstantia, in pervagatione mentis, in trepidatione laborandi, in tembo cordis, in moratione atque delegatione, in tristitia injusta ab antiquo in me hoste commissa, et in ejus semine nequissimo valde timeo

A me obvolutum, in malignitate animi, in asperitate linguae, in amaritudo verborum, in rancore animi, in pusilliāmitate, in cenodoxia namque vitio et in omnibus malis que prodeunt ex ea valde me depravatum esse arbitrō, in jactantia, in arrogancia, in indignatione proximorum, in discordia, et hypocrisi, et innumeris peccatis. Insuper etiam multis in afflictione et in angustia constitutis per gratiam tuam subvenire potui, multosque de tribulatione et angustia liberare, sed meis peccatis tardantibus minus hoc egī, quam debui, et saepe sciens malum persiculū et bonum loqui neglexi : unde nunc reum me esse gravissime sentio, meque reum esse confiteor ; sed tu, Domine, qui omnia nosti etiam antequam sicut, tibi patefaciam omnia facinora cordis mei, tuam misericordiam humiliter invoco, ut omnia quæcumque peccavi coram te, et de quibuscumque mea accusat conscientia, seu quæ confessus, seu quæ per negligētiam vel obliuionem detegi in cogitatu, in verbo et opere, vel in negligētia mea, hec omnia obliovionis in perpetuum tradas. Tu, Deus infinita misericordie, qui omnibus invocantibus te in veritate subvenire soles, te supplici mente deposco, ut ex his omnibus mihi in hijs vite spatio compunctionem saluberrimam ex intimo corde, veramque p̄nitentiam, confessionem puram, emendationemque per omnia dignam, ubi etiam lacrymarum fontem quo desleam mala quæ commiseram largire digneris. Nam si qua sunt de supra nominatis, quibus non sum pollutus, tūc est, Domine, pietatis defensio, malum vero semper a me factum scio, ab incautione mea vel etiam ignorantia. Tuum tamen, Domine, plasma sum, meque sacratissimo et pretiosissimo sanguine tuo redemisti. Miserere mihi et gemutum fructiferum tribue, ne iterum lugenda committam. Tu, Domine piissime, omnium largitor honorum, tribue mihi contra spiritum superbie humilitatem veram, per quam universa mala superbix valeam vincere; contra gulam et concupiscentiam malam continentiam dignam; et contra immunditiam fornicationis cordis et corporis castitatem, et totius pravae defecationis mortificationem, jejunii vel orationis instantiam, atque vigiliarum consuetudinem sanctam : ita ut omnia valeam tentamenta diaboli per misericordiam gratiae tue superare ; contra avaritiam tibi placitam largitatem, vires et scientiam superandi omnia quæ nascuntur ex ea ; contra ira impetum patientiam, temperantiam animi : ita ut omnia quæ prodeunt ex ea extinguantur in me ; contra accidiam boni operis, perseverantiam et studium sancti certaminis ad implendam in omnibus voluntatem tuam quantum tue sit donum pietatis in me ; contra tristitiam gaudium mihi, Domine, tribue spiritalem, per quod omnia vitiorni mala penitus evellantur ; contraque vanam gloriam plenissimam filiem, spem firmam, et charitatem perfectam, ut te toto corde, tota mente, tota etiam merear virtute diligere, hic quoque omnium peccatorum remissionem pleniter percipere, et in futuro aeternam letitiam possidere quod ipse nobis presta, Filius Dei manens et regnans cum Patre et Spiritu sancto, unus Deus in trinitate et in unitate perfecta in aetūa aetūorum. Amen.

*Oratio quam dicit sacerdos super p̄nitentem.*

Deus clementia, Deus misericordia, Deus indulgentia, propitiare dignare supplicationibus nostris, et clementer suscipe famulum tuum poenitentem, atque per tuorum omnium sanctorum intercessiones et merita, cordis compunctionem illi sanctam largire et poenitentiam veram, puramque confessionem de omnibus peccatis suis præteritis, presentibus atque futuris, locumque satisfactionis et spatium emendandi, fontem quoque uberem lacrymarum digne desle suorum cumulum delictorum, cautelamque necessariam, ne iterum lugenda committat. Dimitte ei, Domine, facinora, dimite peccata omnia

in cogitatu, in verbo simul et opere, eumque dein-  
ceps in semitis justitiae, et in tuae voluntatis opere  
perfecte corroborata atque conserva, ut inter tuos fi-  
deles ministros in custodia mandatorum tuorum  
fidelis omnino permaneat, hic remissionem veram  
percipiat, et in futuro vitam eternam possideat,  
per te, Christe Jesu, qui vivis et regnas in saecula  
saeculorum. Amen.

*Confessio pura.*

Truhtin dir uvir duih oighlik allero minero sun-  
tatione enti missatatio. Alles deshio missa sparh  
eddo missateta eddo missadahta uvosto enti uver-  
cho enti Kidancho desihkibukku eddoni gahukku  
Desib uvizzanto hiteta eddo un uvizzanto notak  
eddo un notak slaffanti eddo uvachenti mein suartio  
entilugino. Hyridono enti un retheesufizur h'iti huo-  
rono souvieloihso ssileta enti un rehtero firinlustio  
innuose io tranche enti in un rechetenio slase  
daztumir truh tui binist enti binad haouverdos  
farge pan dazih foradinem uagom uns bamentisi  
enti dazisi in deser uveralti minero missatatio bri-  
vum enti haum sharabapen muozzi solih bosodino  
miltidasim alles uvaltantio truhtin. Te, Domine,  
pius dominator, et misericors Deus, supplices tre-  
mentesque deprecamur, ut per misericordiam tuam  
actions nostras tua gratia illuminare digneris, et  
adjuvando in bonum finem perducere qui regnas  
Deus in Trinitate. Per omnia saecula saeculorum.  
Amen.

*Item alia confessio.*

Domine sancte, Pater omnipotens, et misericors  
Deus, qui dixisti poenitentiam te malle peccatorum  
quam mortem, te supplices deprecamur, ut sancta  
gratia tua corda nostra illuminare digneris, et com-  
punctionem nobis largiri saluberrimam, qua possi-  
mus, et nosmetipsos et peccata nostra humiliter  
agnoscere, et deflere salubriter, omniumque delicto-  
rum et peccatorum nostrorum de quibuscumque  
nostra non accusat conscientia, puriter coram te  
et coram sanctis angelis tuis confessionem agere,  
et fructum dignum poenitentiae exercere, sicut tibi,  
Domine, confiteamur omnia peccata nostra capitalia  
atque minutae, de omni superbia et vana gloria atque  
jactantia, de sacrilegio et homicidio, siullo modo  
polluti simus, de fornicatione et adulterio, de omni-  
que libidine quoconque modo maculati sumus, de  
omni avaritia et concupiscentia mala, de omni gula  
et ebrietate, de odio et invidia, de ira et omni per-  
turbatione animi, de mendacio et falso testimonio,  
de multiloquio, detractione, et de omni otioso ser-  
mone, atque perjurio, de fraude et furto sive rapina,  
de maledictione sive adulacione iniqua atque de in-  
discreto silentio, si pauperes clamantes exasperavimus,  
et eorum curam negleximus, quod infirmos et  
in vineulis constitutos non visitavimus, quod ad orationem  
sanctam pigriores et tardiores quam opor-  
tauit fuimus, quod ad ecclesiam tardius venimus, quod  
alii jejunantibus nos nostram gulam non constrin-  
ximus. De somno atque acedia, de omni torpore  
et otio, sive de zelo iniquo, de omnibus simul vitiis  
et negligentiis nostris, sive in cogitatu, sive in lo-  
qua, sive in opere malo, quoconque modo pecca-  
vimus, scienter, aut ignoranter, voluntarie vel in-  
viti, dormiendo sive vigilando, tu clementissime  
Pater, de omnibus peccatis et negligentias nostris  
de omnique incuria nostra, veram ei fructuosam nos  
poenitentiam tribue ante diem exitus nostri, et  
emendationem condignam atque necessariam bonis  
operibus exercere, ut per merita et intercessiones  
sanctorum et omnium perfectorum tuorum veram  
indulgentiam mereamur te largiente Domino atque  
auxiliante, qui vivis et regnas in saecula saeculorum.  
Amen.

*Confessio inter missarum solemnia recitanda.*

Suscipe confessionem meam, unica spes salutis

A mea, Domine Deus meus, gula, chrietate, fornicatione, libidine, tristitia, acedia, somnolentia, negligenta, ira, cupiditate, invidia, malitia, odio, detractione, perjurio, falsitate, mendacio, vana gloria, levitate, ac superbia perditus sum, et omnino cogitatione, locutione, actione, atque omnibus sensibus extinctis, qui justificas impios et vivificas mortuos, justifica me, et resuscita me, Domine Deus meus, qui vivis et regnas in saecula saeculorum. Amen.

*Oratio a eucharistiae perceptione.*

Domine Jesu Christe, Fili Dei vivi, qui ex voluntate Patris, cooperante Spiritu sancto per mortem tuam mundum vivificasti, libera me per hoc sacrum corpus et sanguinem tuum a cunctis iniquitatibus et universis malis, et fac me tuis obedire praeceptis, et a te nunquam in perpetuum digneris separari.

*Oratio ante altare.*

B Deus propitius esto mihi peccatori, quia tu es immortalis et sine peccato. Tu solus, Domine Deus meus, tu es benedictus, qui benedicis omnia; tu es sanctus qui sanctificas, Domine Deus meus, indulge mihi indigno famulo tuo peccatori, quia peccator sum et indignus, quia presumo a sanctum altare tuum invocare te; quia peccavi coram te et coram angelis tuis; sed tribue mihi indulgentiam delictorum meorum, et confirma me in sancta Ecclesia tua, in fide orthodoxorum, et doce me facere voluntatem tuam omnibus diebus vite mea. Qui vivis et regnas in saecula saeculorum. Amen.

*Oratio sancti Ambrosii ante missam.*

C Ante conspectum divinae majestatis tuae reus as-  
sistio, qui invocare nomen sanctum tuum presumo;  
miserere mihi, Domine, homini peccatori; ignosce  
indigno sacerdoti per cuius manus haec ohlatio videtur  
offerri. Parce peccatorum labore praeteritis capitium  
polluto, et non intres in judicio cum servo tuo,  
quia non justificabitur in conspectu tuo omnis vi-  
vens, scilicet vitiis ac voluptatibus carnis aggravati.  
Recordare, Domine, quod caro sumus, in tuo con-  
spectu etiam coeli non sunt mundi, quanto magis nos  
homines terreni, immundi sicut pannus menstruate.  
Indigni sumus, Jesu Christe, ut simus viventes, sed  
tu qui non vis mortem peccatoris, da nobis veniam  
in carne constitutis, ut per poenitentiae labores vita  
eterna perfruamur in celis per te, Jesu Christe, qui  
cum Patre et Spiritu sancto vivis et regnas in secula  
saeculorum. Amen.

*Item oratio ejusdem.*

D Ignosce, Domine, quod dum rogare compellor,  
dum per immunda labia mea nomen sanctum tuum  
assumo, et immundorum actuum secreta confiteor,  
non habeo apud te verba sine crimen. Tu enim  
conscientiae meae vulnera, tu cognitionum mearum  
occulta nosti, et immunditas meas tu solus agnoscis.  
Miserere mihi, Domine, ignosce mysterii tui secreta  
tractanti, nec indignum misericordiae tue judices,  
quem pro aliis rogare permittis, et in quo testimoni-  
um honi operis non agnoscis, officium saltēm  
dissensionis credite non recuses, Salvator mundi,  
qui cum Patre et Spiritu sancto vivis et regnas per  
omnia saecula saeculorum. Amen.

*Ad orationes speciales facendas.*

Miserere, Domine; miserere, Christe; tu miseri-  
cordia mea, miserere mihi. Miserere, Domine; mi-  
serere, Christe, et credam in te. Miserere, Domine;  
miserere, Christe, ut cognoscam te. Miserere, Do-  
mine; miserere, Christe, ut diligam te. Misericordia  
Domine; miserere, Christe, ut anima mea vivat in te.  
Miserere, Domine; miserere, Christe, ut caro mea  
exsultet in te. Miserere, Domine; miserere, Christe,  
ut vita mea perficiatur in te. Miserere, Domine;  
miserere, Christe, Salvator, salus mea, fortitudo  
mea. Miserere, Spiritus paracletus, consolatio mea,

**I**lluminatio mea. Miserere, Domine Deus, Trinitas et Unitas. Te laudo, te adoro, te confiteor, pax mea, spes mea, lux mea, pulchritudo mea, beatitudo mea: tibi laus, tibi gloria, tibi gratiarum actio, semper ubique in secula sempiterna. Miserere, Domine; miserere, Christe, tu misericordia mea: miserere mihi; miserere, Domine; miserere, Christe, ut bena rogem te. Miserere, Domine; miserere, Christe, u-dignum me facias exaudiri. Miserere, Domine; miserere, Christe, ut exaudiatis me. Miserere, Domine; miserere, Christe, ut sanctam voluntatem tuam doceas me. Miserere, Domine; miserere, Christe, ut in charitate tua enutrias me. Miserere, Domine; miserere, Christe, ut Spiritu sancto tuo illumines me. Miserere, Domine; miserere, Christe, ut credam in te. Miserere, Domine; miserere, Christe, ut cognoscam te. Miserere, Domine; miserere, Christe, ut diligam te. Miserere, Domine; miserere, Christe, ut sperem in te. Miserere, Domine; miserere, Christe, ut a morte perpetua eripias me. Miserere, Domine; miserere, Christe, ut de omnibus peccatis meis veram poenitentiam tribuas mihi. Miserere, Domine; miserere, Christe, ut remissionem omnium peccatorum tribuas mihi. Miserere, Domine; miserere, Christe, ut ab omni tribulatione eripias me. Miserere, Domine; miserere, Christe, ut ab omni immunditia cordis et corporis liberes me. Miserere, Domine; miserere, Christe, ut somitem libidinis extinguis in me. Miserere, Domine; miserere, Christe, ut ab insidiis diaboli liberes me. Miserere, Domine; miserere, Christe, ut ab immunda cogitatione liberes me. Miserere, Domine; miserere, Christe, ut ab omni malo liberes me. Miserere, Domine; miserere, Christe, ut anima mea vivat in te. Miserere, Domine; miserere, Christe, ut caro mea exultet in te. Miserere, Domine; miserere, Christe, ut vita mea perficiatur in te. Miserere, Domine, Deus, Pater, gloria mea, anima mea. Miserere, Christe, Salvator, salus mea, fortitudo mea. Miserere, Spiritus paracletus, consolatio mea, illuminatio mea. Miserere, Domine, Deus, Trinitas et Unitas. Te laudo, te adoro, te confiteor, pax mea, spes mea, laus mea, lux mea, pulchritudo mea, beatitudo mea. Tibi laus, tibi gloria, tibi gratiarum actio, semper ubique in sempiterna secula

*Ad laudem Dei oratio pura.*

Adesto, lumen verum, Pater, omnipotens Deus. Adesto, lumen de lumine, Verbum et Filius Dei, Deus omnipotens. Adesto, sancte Spiritus, Patris et Filii concordia, Deus omnipotens. Adesto, Deus visus, omnipotens, Pater et Filius et Spiritus sanctus. Doce fidem, excita spem, infunde charitatem. Velle mihi adjacet, sed hoc non a me, sed a te, mundum et terras linquere, et cœlum petere, sed imbecilla pluma est velle sine subsidio tuo. Da fidei pennas, ut volem sursum ad te. Nunc fidem in te, per te, de te. Confiteor te unum in substantia, Trinitatem in personis. Confiteor et tres unum et unum tres. Confiteor, Pater et Filius, et Spiritus sanctus, o beata Trinitas. Deus, Dominus, Paracletus, o beata Trinitas. Charitas, gratia, communicatio, o beata Trinitas. Charitas Deus est, gratia Christus, communicatio Spiritus sanctus; o beata Trinitas. Genitor, genitus, regenerans, o beata Trinitas. Verum lumen ex lumine, vera illuminatio, o beata Trinitas. Invisibilis, invisibiliter, visibilis, invisibiliter, invisibilis visibiliter, o beata Trinitas. Fons, flumen, irrigatio, o beata Trinitas. Ab uno omnia, per unum omnia, in uno omnia, o beata Trinitas. A quo, per quem, in quo omnia, o beata Trinitas. Vivens vita, vita a vivente, vivificator viventium, o beata Trinitas. Unus a se, unus ab uno, unus ab ambobus, o beata Trinitas. Omnis autem omnis semper in tribus, et omne omnis æqualiter in singulis, o beata Trinitas. Verax Pater, veritas Filius, veritas Spiritus, o beata

**A**Trinitas. Una igitur Pater, λόγος, Paracletus, quæ substantia est, o beata Trinitas. Una essentia, una virtus, una bonitas, o beata Trinitas. Deus beatitudo, in quo, et a quo, et per quem beata sunt quæcunque beata sunt omnia, o beata Trinitas. Deus vera et summa vita, in quo, et a quo, et per quem vivunt quæcunque vere summeque vivunt omnia, o beata Trinitas. Deus bonus et pulcherrimus, in quo, et a quo, et per quem bona et pulchra sunt quæcunque bona et pulchra sunt omnia, o beata Trinitas. Deus cui nos fides excitat, spes erigit, charitas jungit, o beata Trinitas. Deus qui petere jubes, et invenire facis, et pulsantibus aperis, o beata Trinitas. Deus supra quem nihil, extra quem nihil, sine quo nihil, o beata Trinitas. Te invocamus, te adoramus, te laudamus, o beata Trinitas. Exaudi, exaudi, exaudi, o beata Trinitas. Spes nostra, salus nostra, honor noster, o beata Trinitas. Auge in nobis fidem, auge spem, auge charitatem, o beata Trinitas. Libera nos, salva nos, justifica nos, o beata Trinitas. Miserere, Domine, quia misericordia tua liberavit nos, o beata Trinitas. Miserere, Domine, quia misericordia tua credimus in te, o beata Trinitas. Misere, Domine, quia misericordia tua cognovimus te, o beata Trinitas. Miserere, Domine, quia misericordia tua speramus in te, o beata Trinitas. Miserere, Domine, quia misericordia tua amamus te, o beata Trinitas. Te adoramus cuncti unum Dominum, Patrem, et Filium, sanctumque Spiritum, o beata Trinitas. Da peccatis veniam, praesta æternam vitam, dona pacem et gloriam, o beata Trinitas. O beata, et benedicta, et gloriosa Trinitas, Pater, Filius, et Spiritus sanctus! O beata Trinitas! O beata, benedicta, gloriosa Unitas, Pater, Filius, Spiritus sanctus! O beata Trinitas! O vera, summa, sempiterna Trinitas, Pater, et Filius, et Spiritus sanctus! O vera, summa, sempiterna Unitas Pater, Filius, Spiritus sanctus! Miserere nobis, miserere nobis; miserere nobis, o beata Trinitas. Tibi laus, tibi gloria, tibi gratiarum actio in secula sempiterna, o beata Trinitas. Quando cogitatione vanæ glorie vel superbiæ te impugnant, perscrutare te ipsum, si omnia mandata Dei servasti, si inimicos diligas, si gaudes in gloria inimici tui, si contristaris in dejectione ejus, si apud te habes quoniā serrus inutilis, et omnibus hominibus plus peccator; et iterum ex cubile tuo proprio mane consurgens antequam in opus aliquod occuparis, dic quod omnes homines ingrediuntur in regnum Dei propter justitias suas, ego autem solus propter peccata mea timeo me prænascerit hereditate perpetuas, nisi miseratione tua subvenierit mihi. Peccavi, Domine, miserere mei, et ne permittas me perire facturam tuam, sed respice in me, atque a peccatis meis faciem tuam averte, et omnes iniquitates meas dele, et propter gloriam nominis tui, Domine, libera nos, et propitiatus esto peccatis nostris propter nomen tuum.

*De octo ritiis principalibus, quorum nomina hæc sunt:*

**D**Superbia, gula, fornicatio, avaritia, ira, acedia, tristitia, cenodoxia, id est vanæ gloria. De superbia nascitur omnis inobedientia, omnis præsumptio, omnis pertinacia, contentiones, hæreses, arrogantia. De gula nascitur inæpta letitia, scurrilitas, levitas, vaniloquium, immunditia corporis, instabilitas mentis, ebrietas, libido. De fornicatione nascitur cæcitas mentis, inconstantia oculorum, amor immoderatus, periculum vite, lascivia vite, petulantia et omnis incontinentia, odium mandatorum Dei, mentis ener-vatio, injustæ cupiditates, negligenter vita futura. De avaritia nascitur invidia, furtus, latrocinia, homicidia, mendacia, perjuria, rapina, violentia, iniqui-tudo, injusta judicia, contemptus veritatis, future beatitudinis oblivio, obdurate cordis. De ira pullulat tumor mentis reæ, contumelie, clamor, indignatio, præsumptio, blasphemia, sanguinis effusio, homicidia, ulciscendi cupiditas, injuriarum memoria. De acedia nascitur somnolentia, pigritia operis humi-

instabilitas loci, pervagatio de loco in locum, trepiditas, laborandi tedium, cordis murmuratio, et maniloquia. De tristitia nascitur malitia, rancor animi, pusillanimitas, amaritudo, desperatio. De cedodoxia, id est vana gloria, inde jactantia, arrogantia, indignatio, discordia, inanis gloriae cupido, et hypocrisis, id est simulatio boni operis. Per haec ista omnia mala Dominino auxiliante vinci possunt leviter primo superbia per humilitatem, gula per abstinentiam, forniciatio per castitatem, avaritia per sapientiam, ira per patientiam, acedia per instantiam boni operis, tristitia mala per letitiam spiritualem, vana gloria per charitatem Dei.

#### Oratio contra vitia.

Dominus sancte, Pater omnipotens, xterne Deus, misericordiam tuam ex intimo corde depositimus, ut per orationes et merita omnium sanctorum tuorum tribus nobis conscientiam puram, terram despicerem, et celum aspicere, peccata odire, justitiam diligere. Afer a nobis sollicitudinem secularis, et dona nobis tuum sanctum perfecte timorem. Depelle a nobis appetitum gule, et da virtutem abstinentiae. Fuga a nobis spiritum fornicationis, et infunde ardorem sanctissimae castitatis. Extingue in nobis omnem concupiscentiam malam, et tribue voluntariam paupertatem. Cohibe a nobis iracundiam, et accende in nobis suavissimam Dei et proximi charitatem. Expelle a nobis jactantiam atque vanam gloriam, et tribue nobis compunctionem saluberrimam. Depone a nobis superbiam, et perfice in nobis humilitatem veram. Disperge a nobis misericors Deus omnes pariter divitias vitorum, et tribue nobis tuorum custodiam mandatorum. Contra impatientiam infunde patientiam justam, contra odium et invidiem charitatem fraternalm, contra detractionem vel murmurationem tuam semper sanctissimam laudem, contraque simul omnia vita benedictionis gratiam. Suscita in nobis fontem uberein lacrymarum, et cor durum mollifica per poenitentiam veram, et omnia quæcumque in nobis bona perpetuam gratiam operaris ad tuam per oinnia gloriam deputare, et nos semper peccatores esse cognoscere, nec tam a tua laude vel opere aliquando cessare, sed perseveranti fine tuam semper perficere voluntatem. Per.

#### Item preces.

**De charitate.** Diligam te, Domine, fortitudo mea. **De laude Dei.** Benedic Dominum in omni tempore. **De fide.** Domine, auge nobis fidem. **De spe.** Exaudi nos, Deus salutaris noster, spes omnium finium terre. **De custodia Dei.** Custodi me, Domine, ut pupillam oculi, sub umbra alarum tuarum protege me. **De conversione.** Domine, dimitte me ut refrigeretur priusquam abeam, et amplius non ero. **De fortitudine.** Fortitudinem meam ad te custodiam, quia Deus susceptor meus, Deus mens, misericordia ejus preveniet me. **De gratia Dei.** Misericordia tua preueniet me, et misericordia tua subsequetur me. **De extremo dñe.** Quoniam tu es protector meus, Domine, in manus tuas commando spiritum meum. **Item.** Erue, Domine, a frama animam meam, et de inanu canis unicam meam. **Item.** O Domine, libera animam, misericors Dominus, et justus, et Deus noster misereatur. **De visione Dei.** Unam petui a Domino hanc requiram, ut inhabitem in domo Domini omnibus diebus vita mea. **Item.** Ut videam voluntatem Domini, et visitem templum ejus. **Item.** Beati qui habitant in domo tua, Domine, in secula seculorum laudabunt te. **De fide.** Confiteor me credere Dominum Patrem, qui creavit oinnia; et Dominum Filium, qui ab eo genitus est ante sæcula; et Dominum Spiritum sanctum ab ambobus procedentem, id est sanctam Trinitatem, unum verum naturaliter Dominum, non tres Deos, sed tres personas in una substantia et divinitate ac maiestate sine initio semper esse, eundemque Filium, qui semper cum Patre

A fuit confiteor, cooperante Spiritu sancto natum ex Maria virgine, verum Deum, et verum hominem in duabus naturis, divina vellet et humana, sed in una persona, carne passum, mortuum, sepultum, descendisse ad inferos non corpore, sed anima, non amissa divinitate, et tertia die resurrexisse in eadem carne qua mortuus est, et ascendisse in celum, et iterum venturum cum gloria et judicaturum, et reditum unicuique secundum opera sua. Fatoe me credere sanctam Ecclesiam catholicam, et remissionem peccatorum sive per baptismam, sive per penitentiam, et resurrectorum in eadem carne que nunc vivo in vitam æternam. Haec est fides vera, que paucis verbis fidibus nota est, ut credendo subjugati recte vivant, recte vivent lo cor mundum, corde mundato quod credunt intelligent, vitam æternam habeant.

#### Commemoratio de ordine quotidiana orationis.

**B** Hoc, venerabilis Pater, primum verbum de ore vestro procedat, de somno surgentes, Domine, labia mea aperies, et reliqua. Deinde: Verba mea auribus percipe, Domine, intellige clamorem meum, intende vocis orationis meæ, rex meus et Deus meus, quoniam ad te orabo; Domine, mane exaudies vocem meam, mane astabo tibi et video te, Domine. **Pogea:** Gloria in excelsis Deo et in terra paci hominibus bone voluntatis. Laudamus te, benedicimus te, adoramus te, glorificamus te, gratias agimus tibi propter magnam gloriam tuam, Domine Deus rex coelestis, Deus Pater omnipotens, Domine Filius unigenitus Iesu Christe, Domine, Deus, agnus Dei, Filius Patris; qui tollis peccata mundi, suscipe deprecationem nostram: qui sedes ad dexteram Patris, miserere nobis: quoniam tu solus sanctus, tu solus Dominus, tu solus altissimus, Iesu Christe, cum sancto Spiritu in gloria Dei Patris. Amen. Dignare, Domine, die isto sine peccato nos custodire. **Et tunc:** Deus in adjutorium meum intende, Domine, ad ajutandum me festina: Tribus vicibus genibus flexis et tertio Gloria. Deinde, Pater noster. **Deinde,** signato fronte et oculis, omnibusque membris signo crucis, tunc evangelio in manu accepto, et facie ad orientem conversa dicendum: Matthæus et Isaïas intercedant pro me. **Et tunc facie ad austrum conversa dicendum:** Marcus et Jeremias intercedant pro me. **Tunc facie ad occidentem conversa dicendum:** Lucas et Ezechiel defendant me. **Et in sinistram facie conversa dicendum:** Joannes et Daniel custodian me. **Et postea dicitur:** Crux mihi refugium, crux mihi certa salus, crux Domini mecum, crux est quam semper adoro. **Deinde,** Pater noster. **Et postea dicendum:** Da nobis, Domine, intellectum, ut sciames testimonia tua. Aperi nobis sensus et oculos cordis, sicut aperuisti sensus apostolorum, ut possimus intelligere sanctas Scripturas. **Et aperito evangelio,** una pagina vel duæ de eo intenta mente legantur, si impleatur illud quod dictum est: In lege Domini voluntas ejus: et, in lege ejus meditabitur die ac nocte. **Et iterum:** Beati qui scruntantur testimonia ejus, in toto corde exquirunt eum. **Postea vel una pagina de epistolis Pauli legatur, ut secundum regulam evangelicam et apostolicam sciat quisque quid de Dei servitio agere debet, vel quid aliis prædicare.** **Deinde:** Christe audi nos, et cætera quæ sequuntur de litania. **Deinde,** Pater noster. **Et tunc in privatis orationibus 16 psalmi, id est, Domine, ne in furore tuo arguas.** 1. Usquequo, Domine. 2. Dominus regit me. 3. Ad te, Domine, levavi animam meam. 4. Dominus illuminatio mea. 5. Miserere mei, Deus, secundum. 6. Deus, in nomine tuo. 7. Deus misereatur nobis. 8. Deus, in adjutorium meum. 9. Benedixisti, Domine. 10. Inclina, Domine, aurem tuam. 11. Ad te kavvi oculos meos. 12. De profundis. 13. Domine, proasti me, et cognovisti me. 14. Eripe me, Domine, ab homine malo. 15. Domine, exaudi. 16. **Deinde:** Laudate Dominum in sanctis ejus. Et

**postea** : Ab occultis meis munda me, Domine, et ab alienis parce servo tuo. **Deinde dicendum** : Ego vero orationem meam ad te, Domine, tempus beneplaciti Deus. In multitudine misericordiae tuæ exaudi me, in veritate salutis tuae. Eripe me de luto ut non infigar, libera me ab his qui oderunt me; et de profundiis aquarum. Non me demergat tempestas aquæ, neque absorbeat me profundum, neque urgeat super me puteus os suum. Exaudi me, Domine, quoniam benigna est misericordia tua, secundum multitudinem miserationum tuarum respice in me, et ne avertas faciem tuam a pueru tuo, quoniam tribulor velociter exaudi me. Intende animæ meæ et libera eam, propter inimicos meos eripe me, Domine. **Ac postea**, Christe, audi nos *tertius*, et cetera que sequuntur, sicut prius. Tunc Pater noster, et Credo in Deum. **Hæc enim omnia prima diei hora agenda sunt privatibus orationibus, ac postea orationes peculiares et litania plenitus peragatur.** — Diligenter pensandum est unicuique Christiano, ac sollicite cogitandum, ut sanctam in se Trinitatis divinæ imaginem condigno veneretur honore : quæ imago in anima constat humana, quod est inferior homo spiritus hominis. Nam sicut Deus unus semper ubique totus et plenus est, omnia vivificans, movens, et gubernans, sicut Apostolus ait, *quod in eo vivimus, moveamur et sumus*, sic anima hominis in corpore suo ubique in eo tota viget, vivificans eum, et movens, et gubernans; nec enim in majoribus corporis sui membris major, et in minoribus minor; sed in minimis tota, in maximis tota; et hæc est imago unitatis omnipotentis Dei, quam habet anima in se magna natura et nobilis. Fortasse dicit aliquis : Si ergo unius Dei imago est, quomodo ergo est sanctæ Trinitatis imago? Cui dicendum est : Primo sicut Deus est, vivit et sapit. Deinde quamvis ipsa sancta Trinitas unius sit naturæ, non tres tamen in se dignitates habet, id est intellectum, voluntatem et memoriam : similiter anima hominis una mens est, una vita, una substantia, sicut unus Deus in tribus personis, in una tamen substantia; sed hæc tria quæ habet anima in se, non sunt tres vitæ, sicut non tres Dii, sed una est vita, sicut unus est Deus; nec tres mentes, sed una mens consequenter utique, non tres substantia, sed una substantia est; proinde hæc tria unum sunt, id est una vita, una mens, una substantia anima hominis, sicut unus Deus Pater et Filius et Spiritus sanctus : habet enim et alia tria anima in se, id est intellectum, voluntatem, atque memoriam : sed tamen hæc tria una anima est : quia intellectus sine voluntate non est, sicut Pater sine Filio, nunquam fuit nec voluntas sine intellectu, sicut nec Filius sine Patre; neque intellectus, neque voluntas sine memoria, sicut nec Pater nec Filius sine Spiritu sancto, qui ex amboibus procedit. Sic et memoria ex intellectu et voluntate procedit, quia si intellectus non esset, voluntas utique non fuisset, ac si intellectus et voluntas non essent, memoria cuius fuisset? Quæ tamen tria una est anima; sic unus est Deus Pater et Filius et Spiritus sanctus, quod in Evangelio bene demonstratur, dum dicit : *Diliges Dominum Deum ex toto corde tuo, id est ex toto intellectu, et ex tota anima tua, id est et ex tota voluntate : et ex tota mente tua, id est, ex omni memoria.* Nec enim est anima sine his tribus, sed anima intellectus, anima voluntas est, anima memoria est, non tamen tres animæ, sed una anima istas tres in se dignitates habens, in quibus imaginem Dei gerit. Quapropter sollicite est perpendendum, ut unusquisque in se prima conditionis sue excellentiam, et venerandam in se sanctæ Trinitatis imaginem recognoscat, et honorem Dei, ad quem creatus est, nobilitate morum, exercitio bonorum operum, dignitate meritorum, summo studio venerare contendat, ut ad æternam coram Deo gloriam et beatitudinem pervenire mereatur.

**Fides Aurelii Augustini de Filio Dei.**

Hæc est fides, quæ paucis verbis tenenda in symbolo novellis Christianis datur; quæ pauca verba fidelibus nota sunt, ut credendo subjugati, recte vivant, recte vivendo cor mundent, corde mundato quod credunt intelligent. Unus Deus Pater et Filius et Spiritus sanctus invisibilis, incomprehensibilis, inviolabilis, incoquinabilis, qui solus habet immortalitatem, et lucem habitat inaccessibilem. Ipse lumen verum, vita et veritas, bonus et summus, et quæcumque de illo humanus sermo poterit enunciare. Quæ tamen ab eo dantur, ut aliquo modo dici possint; ex quo omnia, per quem omnia, sive sedes, sive dominationes, sive principatus, sive potestates, et omnia per ipsum et in ipso creata sunt, sicut in utroque testamento humilibus, et pie querentibus manifestatur. Ipsi gloria in sæcula sæculorum. Amen.

**B** Deus in adjutorium meum intende tribus vicibus cum Gloria et Kyrie eleison. Pater noster, et precess. Et ne nos inducas. Ego dixi, Domine, miserere mei. Convertere, Domine, usquequo. Oculi Domini. Confiteantur tibi, Domine. Ne derelinquas me, Domine. Intende in adjutorium meum, Domine Deus salutis meæ. Complaceat tibi, Domine. Ab occultis meis munda me, Domine. Pone, Domine, custodiam ori meo. Non declines cor meum. Non intres in iudicium. Repleat os meum laude, attamen, o Domine, salvum me fac; respice in servos tuos, et sit splendor Domini Dei nostri super nos, dirige, Domine, hodie corda. Postea, Dominus vobiscum.

**Item oratio.**

Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, qui es doctor sanctorum, et dirigis itinera sanctorum, dirige angelum pacis noliscum, qui nos ad loca destinata perducat. Sit nobis comitatus jucundus, ut nullus vice nostræ subripiat inimicus. Procul a nobis sit malignorum accessus, et comes nobis dignetur esse semper sanctus. Per Dominum.

**Oratio pro iter agentibus.**

Domine, sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, propitiare digneris supplicationibus nostris, et mitte angelum tuum sanctum nobiscum, qui nos a cunctis adversitatibus protegat, et in servitio sancti nominis tui ubique custodiat, ut nullus nos in viam nostram decipiat inimicus, sed mereamur ab omni hoste triumphum, et tuæ semper miserationis subsidium: quatenus tua jussa compleentes, sospites ad propria redeamus, per te, Christe Jesu, qui cum Paire et Spiritu sancto vivis.

Omnipotens et misericors Deus, tuum super nos nomen supplices invocemus, ut tua largiente clementia bene ambulemus in prosperis, et ut nomen tuum sit semper in cogitationibus, in verbis, et in operibus nostris, angeli tui sancti comitentur nobiscum; archangelorum, patriarcharum prophetarum, apostolorum, martyrum, confessorum, et omnium sanctorum tuorum auxilientur nobis orationes. Emitte, Domine, super nos spiritum castitatis, benignitatis, et veritatis, misericordie et largitatis, tueque perpetuae charitatis, lucis et pacis, qui nos regat, protegat, atque ab omni malo defendat, ut per vias planas et rectas cum omni fiducia sine impedimento ad loca desiderata possimus pervenire, et in nomine tuo sancto cum sanitate et letitia ad propria possimus habitacula remeare. Per Dominum nostrum Jesum.

Domine Jesu Christe, mitissime Deus, qui dixisti pœnitentiam te malle peccatorum, quam mortem, immensam clementiam tuam humillime deprecor, de omnibus peccatis et delictis meis capitalibus vel minutis, quocunque modo in quolibet eorum pollutus fuisset, aut adhuc sim, vel noxius coram te, sive in cogitatu, sive in verbo, sive in opere, scienter aut ignoranter, sponte vel invitus, dormiens aut ructus,

**Ut eunctum populum christianum pretioso sangue tuo redemptum conservare digneris, te rogamus.**

**Ut omnes fratres nostros spirituales in vera religione conservare digneris, te rogamus.**

**Ut senioribus nostris a Deo praordinatis perpetuam pacem largiri digueris, te rogamus.**

**Ut his hominibus qui nostris sunt commendati orationibus misereri digneris, te rogamus.**

**Ut omnibus animabus christianorum catholicorum misereri digneris, Fili Dei, te rogamus.**

**Agne Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis.**

**Christe audi nos. Kyrie eleison.**

*Oratio cuiusdam sapientis.*

Per horum omnium SS. martyrum et confessorum, et beatarum virginum merita et orationes et intercessiones et passiones et suffragia, Trinitas clementissima, exaudi me, libera me, defende me, redime me, protege me, adjuva me, et salva me, conserva me, illustra me. Da mihi, Domine, cor contritum purum, quod te videat, et cogitet, et credit; et pedes castos, qui preceptis tuis obedientia ministrant, et manus continentia sine ira et vanitate ad te elevatas, que utilitatem proximorum et misericordiam laborent. Largire, Domine Christe, labia discreta, que te benedicant, et magnificant, et praedicent, et cum timore et tremore et exultatione te semper adorem, et aures intentas, que nomen tuum et legem tuam et verba tua audiant, et oculos humiles qui te videant, sensum qui te sentiat, intellectum qui te intelligat, et animam que te semper cogitet, et diligat; et non veniat mihi pes superbiae, et manus peccatoris non moveat me. Non habitet in me gastrimargia, et non coquinet me fornicatio, non gubernet me vana gloria, non obducat me flarginaria, non dilaniat me ira, non mortificet me tristitia, evacuet accidia, non humiliet me cœnodoxia, et non destruat me superbia: sed largire mihi clemens Trinitas abstinentiam et castitatem, voluntariam paupertatem, et mansuetudinem, largitatem, pietatem, et quietem, et misericordiam, lenitatem, indulgentiam, humilitatem, benignitatem, hilaritatem, patientiam, modestiam, sinceritatem. Miserere mihi, Domine, miserere mihi. Da mihi de criminibus praeteritis veniam, de presentibus emendationem, de futuris largire custodiam. Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum, qui tecum.

*Oratio sancti Augustini, quam quindecim libris quos de sancta composita Trinitate, subjunxit.*

Domine Deus noster, credimus in te Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum. Neque enim diceret Veritas apostolis: *Ite baptizate gentes in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti, nisi Trinitas esses.* Nec baptizari nos juberet, Domine Deus, in ejus nomine, si non esset Dominus Deus. Nec diceretur voce divina: *Audi, Israel: Dominus Deus tuus Dominus unus est, nisi Trinitas ita esses, ut unus Dominus Deus esses, nisi tu Deus Pater ipse esses, et Filius Verbum tuum Jesus Christus ipse esset, et donum vestrum Spiritus sanctus. Non legeremus in literis Veritatis: *Misit Dens Filium suum, nec tu, Unigenite, dices de Spiritu sancto: Quem mittet Pater in nomine meo, et Quem ego mittam vobis a Patre.**

**Ad hanc regulam fidei dirigens intentionem meam quantum potui, quantum me posse fecisti, quesivi te, et desideravi intellectu videre quod credidi, et multum disputavi, et laboravi, Domine Deus, mea ura spes mea, exaudi me ne fatigatus nolim te querere: sed quæram faciem tuam semper ardentem. Tu da quærenti vias, qui inveniri te fecisti, et magis magisque inveniendi te spem dedisti. Coram te est firmitas et infirmitas mea: illam serva, filiam sana. Coram te scientia et ignorantia mea.**

**A Ubi mihi aperuisti, suscipe intrantem. Ubi clausisti, aperi pulsanti. Meminerim tui, intelligam te, diligam te. Auge in me ista donec me formes ad integrum. Scio scriptum esse: *In multiloquio non effiges peccatum: sed ultinam prædicando verbum tuum et laudando te tantummodo loquerer, non solum fugerem peccatum, sed meritum bonum acquirerem quantumlibet multum. Sic loquerer, neque enim homo de te beatus peccatum perciperet a germano in fide filio suo conscripsit dicens: Prædicta verbum, insta opportune, importune. Nunquid dicendum est istum non multum locutum, qui non solum opportune, verum etiam importune, que verbum tuum, Domine, non tacebat? Sed ideo non erat multum, quia tantum erat necessarium. Libera me, Deus, a multiloquio quod patior intus in anima mea misera in conspectu tuo, et confugientem ad misericordiam tuam. Non enim cogitationibus tacito, etiam tacens vocibus, et si quidem non cogitarem nisi quod placaret tibi, non utique rogarem, ut me ab hoc multiloquio liberares; sed multe sunt cogitationes meæ tales quales nosti cogitationes hominum quoniam vanæ sunt. Dona mihi non eis consentire; et si quando me delectant, eas nihilominus improbare, nec in eis velut dormitando inmorari, nec in tantum valeant apud me, ut aliquid in opera mea procedat ex illis, sed ab eis mea saltem sit tuta sententia, tota conscientia tuente. Sapiens quidam cum de te loqueretur in libro suo, qui ecclesiasticus proprio nomine illum vocat: *Multa, inquit, dicimus, et non pervenimus, et consummatio sermonum universa est ipse.* Cum ergo pervenerimus ad te, cessabunt multa ista que dicimus, et non pervenimus, et manebis unus omnia in omnibus, et sine fine dicemus unum, laudantes te in unum, et in te facti etiam nos unum, Domine Deus, une Deus Trinitas, quæcumque dixi in his libris de tuo agnoscant te, qui quæ de meo et tui ignosce et tui.***

*Incipit oratio sancti Prudentii.*

O Dee cuncti parens, animæ dator, o Dee Christe, Cujus ab ore Deus subsistit Spiritus unus. Te moderante regor, te vitam principe duco. Judice te pallens trepido, te judice eodem Spem capio fore quidquid ago veniable apud te Quamlibet indignus venia, faciamque, loquarque: Confitor, dimite libens, et parce latenti. Omne malum merui, sed tu bonus arbiter aufer Quod merui, meliora favens largire precanti. Dona animæ quandoque meæ cum corpo is bujus Liquerit hospitium, nervis, cute, sanguine, felle, Ossibus extructum, corrupta quod incola luxu Neu nimium complexa sovet cum flebilis hora Clauerit hos orbes et conculta [F., conculta] jaculit Materies, oculisque suis mens nuda fructur. Ne cernat truculentum aliquem de gente latronum, Immitem, rapidum, vultuque et voce minaceum, Terribilem, qui me maculosum aspergine morum, In præcepis, ut predo trahat nigrisque ruentem Immerga specibus, cuncta exacturus ad usque Quadrantem minimum da nostræ debita vite. Multa thesauris patris est habitatio, Christe, Disparibus discreta locis, nunc posco beatæ Iu regione dominum: sint illic casta virorum Agmina, pulverum quea delignantia censum. Divitiae <sup>b</sup> semper vere tuas, sit flore percorsi Candida virginitas animum castrata recisum. At mihi tartarei satis est si nulla ministri Occurrat facies, avide nec flamma gehennæ Devoreti hanc animam mersam fornacibus imis, Æstu cavernoso quia sic pro labe necesse est Corporæ tristis me sorbeat ignis averno, Saltem mitificos incendia lenta vapores Exhalent, æstuque calor languente tepescat,

<sup>a</sup> Locus mancus.

<sup>b</sup> Locus corruptus.

**Lux immensa** alios, et tempora vincita coronis  
Glorificant me, pœna levis clementer adurat.

*Oratio Eugenii episcopi.*

Rex Deus immense, quo constat machina mundi.  
Quod miser en famulus posco tu perfice clemens.  
Sit mihi recta fides, et falsis obvia sectis.  
Sit mihi præcipue morum correctio præsens  
Sim carus, huanilis, verax, cum tempore præsens.  
Secreti tacitus, et linguae famine cautus.  
Da fidum solum, da fixum semper amicum,  
Dablandum, sobrium, parcum, castumque ministrum.  
Non me pauperies cruciet aut languor obuncet.  
Sit comes alma salus et sufficientia victus,  
Absiu divitiae, fastus, et jurgia litis,  
Invidie, luxus, et ventris pensio turpis.  
Crimine ne ledam quemquam, nec criminis ledar.  
Sic bene velle queam, quo pravum posse recedat.  
Nil turpe cupiam, faciam, vel proloquar unquam.  
Te mens desideret, lingua canat, actio promat.  
Da, Pater altitonans, undosum fletibus imbre,  
Quo valeam lacrymis culparum solvere molas.  
Da precor, auxilium, possim quo vincere mundum,  
Et vite stadium placido percurrere passu,  
Cumque suprema dies morte patefecerit urnam  
Concedas veniam cui tollit culpa coronam.

*Oratio Bedæ presbyteri.*

O Deus æterne, mundo spes unica vita,  
Da mihi suffragium in tanto discrimine firmum,  
Ne caro succumbat validis infirma tyrannis;  
Me similem cineri, ventoque, umbræque memento:  
Sed tua perpetuo pietatis qua fulget ab ævo  
Tegmine qui carnis veniens vestitur ab alto  
Aeros caro quo posset devincere flatus  
Prælia si fremitent, condamnet et hostica salpix,  
Te duce fidente facilis Victoria ditet,  
Liber ut a laqueis tete protegente profundis,  
Et rex magne tui florere per edita templi.  
Nam tua nostra [F., noster] amor sit atria, dulce

[decusque  
Audiat angelico dulces qua carmina laudes.

*Item ejusdem.*

Fida manens misericordia solus in axe salus,  
Et famulum a nece, Rex magne, tuere tuum.  
Si sola innumeris obvia tela paret.  
Graminis utque decor sic mea vita fugit  
Eripiat semper fraudis ab ore tuum.  
Ancipiunt chelydrum percutis ense ferum  
Et vaga signifero vetere castra Deo.  
Truxque cruenta citet miles in arma suos,  
Nexa tibi nullus pectora turbat hydros.  
Alithrone merear lucis adire vias,  
Atque sacris superum celsus adesse choris,  
Cernere glorificet leta per arva domus  
David quoque sacrum personet ore melos.

*Oratio sancti Augustini.*

Deus universitatis conditor, præsta mihi primum  
ut te bene rogem, deinde ut me agas dignum quem  
liberes, postmo iun et liberes. Deus, cuius nos ex-  
citat filios, spes erigit, charitas jungit: Deus, per  
quem vincimus inimicum, te deprecor, Deus, per  
quem accipimus ne omnino prereamus. Deus, a quo  
admonemur ut vigilemus; Deus, per quem bona a  
malis speramus; Deus per quem mala fugimus, et  
bona sequinur; Deus, per quem non laedimur adver-  
satibus; Deus per quem bene servimus et bene do-  
minamur; Deus, per quem dicimus, aliena esse quæ  
aliquando nostra et nostra esse quæ aliquando aliena  
putabamus, exaudi, exaudi, exaudi me, Deus meus,  
Domine meus, Rex meus, Pater meus, causa mea,  
res mea, honor meus, dominus mea, patria mea, sa-  
lus mea, lux mea, vita mea, exaudi, exaudi, exaudi  
me, Domine, more tuo illo paucis notissimo. Jam te  
solum amo, te solum sequor, te solum quero, tibi  
soli servire paratus sum, quia tu solus juste domi-  
naris. Tui juris esse cupio, jube, queso, atque im-

A pera quidquid vis: sed sana et aperi aures meas  
qui us vocem tuam audiam: sed et sana et aperi  
oculos meos, quibus nutus tuos videam. Pateat mihi  
pulsanti janua tua. Quonodo ad te perveniat, doce  
me; nihil aliud habes quam voluntatem, nihil aliud  
scio nisi fluxa et caduca spernenda esse, certa et  
æterna requirendam. Hoc facio, Pater, quia hoc  
solum novi, sed unde a te perveniat ignoror. Tu  
mihi suggere, tu ostende, tu viaticum praeb. Si  
fide te inveniunt qui ad te refugiant, fidem da: si  
virtute virtutem: si scientia, scientiam. Auge spem  
in me, auge fidem, auge charitatem. Sancte Petre,  
intercede pro peccatis meis, sancte Paule, intercede  
pro infirmitatibus meis, sancte Andrea, intercede  
pro piaculis meis, sancte Jacobe, intercede pro malis  
meis, sancte Joannes, amator Domini, intercede pro  
misericordiis factis meis, sancte Philippe, intercede  
pro vanis cogitationibus meis, sancte Bartholomee,  
intercede pro criminibus meis, sancte Matthæe, pro  
iniquitatibus meis, sancte Thoma, intercede pro de-  
lictis meis, sancte Jacobe, intercede pro sceleribus  
meis, sancte Thadæe, intercede pro transgressionibus  
meis, sancte Simon, intercede pro omniibus vanitati-  
bus meis, sancte Matthia, intercede pro occulis  
meis. Obscero vos omnes apostolos Christi, per com-  
memorationem vestram, ut mihi servo vestro mis-  
cream, et me in omni necessitate adjutorio adju-  
vetis. Rogo novem ordines angelorum, angelos,  
archangeli, virtutes, principatus, potestates, domi-  
nationes, thronos, cherubim, et seraphim, ut inter-  
cedatis pro me, ut sit mihi propitius Christus Filius  
Dei vivi, et misericordiam ejus consequi merear hic  
et in futuro. Obscero divitias bonitatis tuae, et lon-  
ganimitatis tuae, et patientiae tuae, Iesu Christe, Fili  
Dei vivi, Salvator et Redemptor mundi, ut propi-  
tius sias mihi peccatori, qui non vis mortem pecca-  
toris, sed ut convertatur et vivat. Non extingues  
linum fumigantem et arundinem quassatam non  
confringes. Fac me sicut unum de mercenariis tuis,  
C ut officiar a te de servo amicus, et fiat voluntas tua,  
sicut in celo et in terra. Da mihi, Domine, compunc-  
tionem cordis et lacrymas, ut defleam diebus ac  
noctibus omnes dies negligentiæ meæ cum humilitate  
et puritate cordis et charitate. Appropiat oratio mea  
in conspectu tuo, Domine. Si iratus fuoris, Domine,  
adversum me, quem adjutorem quero, aut quis mi-  
sererabit infirmitatibus meis? Memento quod Chan-  
naniam et publicanum vocasti ad poenitentiam, et  
Petrum lacrymantem suscepisti, clementissime Pater,  
sic et meas orationes suscipe, misericors Deus, et  
salva me Salvator, mundi, qui vivis et regnas in se-  
cula sæculorum. Amen.

*Item ejusdem.*

Salva me, Domine, rex æternæ gloria, qui solus  
potes salvare. Da mihi et velle et operari et perficere  
quaæ tibi placent et mihi expediunt. Da in perturba-  
tione et tribulatione auxilium, in persecutione solati-  
oni, et in omni tempore tentationis virtutem. Tri-  
bue mihi de preteritis malis veniam, de presentibus  
vitiis emendationem, de futurisque peccatis largiri  
digneris custodian. Deus qui præscius es futurorum,  
qui transacta velut presentia conspicis, tu, Domine,  
oculos cordis mei aperire dignare, et acceptabilem  
tibi fac animam meam, ut semper tuus amor pectus  
meum inflammet, et per diem tecum sit fabulatio  
mea, et per noctem visitationem tuam cognoscam:  
quia dulcia sunt eloquia tua, Domine, in faucibus  
meis, suscipe spiritum meum in tua perpetua pace.  
Te invoco, Domine, cui assistunt omnes chori san-  
ctorum, et glorificant cum timore et tremore: noli  
derelinquere animam meam, ut non dominetur ei  
quem tu confudisti in desiderio tuo. Te invoco illu-  
minatorem hominum et salvatorem et redemptorem.  
Claimo ad te, exaudi me, Domine, et solve vincula  
peccatorum meorum, in quibus constrictus teneor,  
qui sum Patre, etc.

*Item unde supra.*

Domine Deus meus, qui non habes Dominum, sed omnia tue sunt conditioni subjecta: ne despicias me indignum famulum tuum, sed in numero fidelium servorum tuorum me reputans, ante conspectum glorie tuae fac gaudere. Tu enim dixisti: *Non venire justos, sed peccatores.* Et iterum: *Nolo mortem peccatoris, sed ut convertatur et vivat.* Ego te, Domine inspirante, volo converti, imple desiderium meum in honum, et da preteritorum veniam delictorum, futurorum custodiam vitorum, praesentium emendationem criminum, ut vivam. Gradiens ad te pius et immense pietatis dulcedinem Dominumque perveniam, qui propter genus hominum ad terras descendere dignatus es, et tuum pretiosum sanguinem fundendo, gentes ad baptismi gratiam vocasti, et de errore gentilium liberasti. Ego infelix quod in baptismo pollicitus sum nunquam servavi. Poenitentia ergo egisse quod nequieri gessi. Suscipe poenitentis lacrymas, miserere, misericors et indulge quod feci, et hoc praesta ne faciam amplius. Tu conspice, Domine, pericula mea in qua subsisto, et quibus malis circumdatus sum, quantisque per incum meritum adversitatibus quatiar. Libera me, salva, protege, et defende me, ut non rideant de me inimici mei, quia tu es Deus meus. Sola spes mea in te solum confido, de nullius hominis solatio spero. Guberna me ut pius pater, ut post tantas talesque procellas seculi undique saevientes ad portum salutis aeternae, te duce, merear pervenire, et cum aliis quos eripui laudare te Dominum meum per infinita secula seculorum. Amen.

*Oratio ad Patrem.*

Domine Deus, Pater omnipotens, qui consubstantialem et coeternum tibi ante omnia ineffabiliter sancta Filiu genuisti, qui cum eo atque cum sancto Spiritu tuo ex te eodemque Filio procedente quaecumque existunt visibilia atque invisibilia creasti, te adoro, te laudo, te que glorifico. Esto, queso, propitious mihi peccatori, et ne despicias me opus manuum tuorum, sed salva, et adjuva me propter nomen sanctum tuum.

*Oratio ad personam Filii.*

Domine, Iesu Christe, Fili Dei vivi, qui es verus et omnipotens Deus splendor et imago Patris, et vita eterna, cui una est cum Patre sanctoque Spiritu substantia, aequus honor, eadem gloria, coeterna maiestas, te adoro, te laudo, te que glorifico, ne me, obsecro, perire patiaris, sed salva, et adjuva me gratuito munere tuo, quem dignatus es redimere pro ioso sanguine tuo.

*Oratio ad personam Spiritus.*

Domine sancte Spiritus, Deus omnipotens, qui coequalis, et coeternus, et consubstantialis Patri Filioque existens, ab eis inenarrabiliter procedis; qui super cumdem Dominum Iesum Christum in columba specie, et super sanctos apostolos in linguis igneis descendisti: te adoro, te laudo, te que glorifico. Delle a me, queso, tenebras totius iniquitatis et perfidiae, et accende in me lumen tua misericordiae, et ignem sanctissimi ac suavissimi amoris tui.

*Oratio ad sanctissimam et individuam Trinitatem.*

Domine Deus omnipotens, aeterno, ineffabilis, sine fine atque initio, quem unum in Trinitate, et trium in Unitate contemur, te solum adoro, te laudo, te que glorifico, ubique misericors et clemens gratias refero, qui me exutum nocte perfidia et erroris, particeps fieri tribuisti gratiae tuae; perfice, queso, in me, Domine, cœptum in me opus misericordiae tuae, et dona mihi semper cogitare, loqui et agere quæ placita sunt tibi, et gratuita me ubique pietate custodiens; fac me indignum et miserum ad tuam pervenire visionem qui es unus.

**A** *Oratio ad Dominum Iesum Christum.*

Domine Iesu Christe, rex virginum, integritatis amator, munda cor meum ab omnibus sagittis et insidiis iniici, et extingue in me omne incendium libidinis. Da veram humilitatem, et tranquillitatem, et patientiam pectori meo. Succende mentem meam tue charitatis stimulis, ut odio habens omnem viam iniquitatis, possim cunctis diebus vitæ meæ complacere tibi, qui cum Patre.

*Oratio ad sanctam Mariam.*

Singularis meriti, sola sine exemplo mater et virginis Maria, quam Dominus ita mente et corpore inviolatam custodivit, ut digna existeres ex qua sibi nostrae redemptoris premium Dei Filius corpus aptaret: obsecro te, misericordissima Domina, per quam totus salvatus est mundus, intercede pro me spuriissimo, et cunctis iniquitatibus fœtissimo, ut qui ex meis iniquitatibus nil aliud dignus sum, quam aeternæ damnationis sulci supplicium, tuis, Virginis splendidissima, salvatus meritis perenne consequar regnum. Per Dominum.

*Oratio ad sanctos apostolos.*

Sanctissimi apostoli Domini mei Iesu Christi, beatissime Petre, Pauli, Andrea, Iacobus, Joannes, Thomas, Iacobus, Philippe, Bartholomei, Matthei, Simon, Thadæi, Mathias, Barnabas, Luca, et Marce. cum omnibus discipulis Domini mei Iesu Christi orate pro me, ut abstrahat me Dominus a mundo, sicut abstraxit vos, et donet me sequi vestigia suæ vel in extremo agmine vestro.

*Oratio ad venerabilem Benedictum.*

Obsecro te, beatissime Benedicte, dilecte Dei, intercede pro servo tuo... et omni sancta hac tua congregatione, et pro universis sub tuo magisterio militantibus, simul et pro omni populo Christiano. Intercede et pro me misero servo tuo, ut purget Dominus cor meum, os meum, et actus meos a cunctis vitiis. Tribuat mihi servare cuncta quæ præcepit, et custodiare sanctæ regulæ tue tramitem, quam me servaturum spondoni.

*Oratio ad plures confessores.*

Obsecro vos, beatissimi confessores Christi atque doctores, Cypriane, Basili, Gregori, Athanasi, Eusebi, Ambrosi, Martine, Augustine, Hieronymi, Germani, Leo, Joannes, Isidore, dignemini intercedere pro me peccatore, ut concedat mihi Dominus servare quæ docuistis, et in vestro me faciat consortio gratulari.

*Oratio sancti Gregorii papæ.*

Dominator Domine Deus omnipotens, qui es Trinitas una Pater in Filio, et Filius in Patre, una cum Spiritu sancto, qui es semper in omnibus, et eras ante omnia, et eris per omnia Deus benedictus in secula. Amen. Commendo animam meam in manus potentiae tuae, ut custodias eam diebus ac noctibus, horis atque momentis; miserere mei Deus angelorum. Custodi me per orationes patriarcharum, per merita prophetarum, per suffragia apostolorum, per victorias martyrum, per fidem confessorum, qui tibi placuerunt ab initio mundi. Oret pro me sanctus Abel, qui primus coronatus est martyrio. Oret pro me sanctus Enoch, qui ambulavit cum Deo, et translatus est a mundo. Oret pro me sanctus Noe, quem Dominus servavit in diluvio propter justitiam. Roget pro me fidelis Abraham, qui primus credidit Deo, cui reputata est fides ad justitiam. Intercedat pro me sanctus Isaac qui fuit justus et obediens patri usque ad mortem, in exemplum Domini mei Iesu Christi, qui oblatus est Patri pro salute mundi. Postulet pro me felix Jacob, qui vidit angelos Dei venientes in auxilium sibi. Oret pro me beatus Moyses, cum quo locutus est Dominus facie ad faciem. Subveniat mihi sanctus David quem elegisti, Domine, secundum cor tuum. Deprecet pro me Elias propheta,

quem elevasti in curru igneo usque ad cœlum. Oret pro me Eliseus propheta, qui suscitavit puerum mortuum post mortem suam. Oret pro me sanctus Isaia, cui mundata sunt labia igne cœlesti. Adsit mihi beatus Jeremias, quem sacrificasti, Domine, in utero matris suæ. Oret pro me Ezechiel sanctus propheta, qui vidit visiones admirabiles. Precetur pro me electus Daniel ac desiderabilis Dei, qui solvit somnia regis, et interpretatus est, et bis liberatus est de lacu leonum. Subveniant mihi tres pueri, quos liberasti ab igne. Et duodecim prophetae Osee, Joel, Amos, Abdias, Habacuc, Michæas, Jonas, Nahum, Sophonias, Aggeus, Zacharias, Malachias, Esdras. Hos omnes invoco in auxilium mihi. Assistant mihi omnes apostoli Domini nostri Iesu Christi, Petrus et Paulus, Andreas et Joannes, duo Iacoboi, et Bartholomeus, Thomas et Matthæus, Barnabas et Matthias, et omnes martyres, et omnes sancti tui, Domine, intercedant pro me. Depelle a me, Domine, concupiscentiam gulae, et da mihi virtutem abstinentiae. Fuga a me spiritum fornicationis, et da mihi ardorem castitatis, et existigue in me cupiditatem, et da mihi voluntariam paupertatem. Cohibe iracundiam meam, et accende in me nimiam animæ suavitatem et charitatem Dei et proximi. Subtrabe a me, Domine, sæculi hujus cupiditatem, et da mihi voluntariam paupertatem. Abscine a me, Domine, tristitiam sæculi, et auge mihi gaudium spiritale. Expelle jactantiam mentis meæ, et tribue mihi compunctionem cordis. Minue superbiam meam, et perfice in me humilitatem veram, quia indignus ego sum et infelix homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus, nisi gratia Domini nostri Iesu Christi? quia ego peccator sum et innumerabilia delicta mea, et non sum dignus vocari servus tuus. Suscita in me fletum, mollifica cor meum durum et lapideum, et accende in me ignem timoris et amoris tui, qui sum enim mortis. Libera animam meam ab omnibus insidias inimici, et conserva me in tua voluntate. Doce me facere voluntatem tuam: quia Deus meus es tu, tibi honor et gloria per omnia sæcula sæculorum. Amen.

*Item alia oratio.*

Christe, parce, et miserere mei, non secundum merita mea, sed secundum magnam misericordiam tuam. Deprecor bonitatem tuam, noli despicere peccatorem, noli me reprobare, sed suscipe me secundum eloquium tuum et vivam, et non confundas me ab exspectatione mea. Miserere mei, Domine, quia peccavi tibi. Da mihi fontem lacrymarum, fons vite et lux luminis. Concede mihi in præsenti vita veram pœnitentiam de peccatis meis, et in bono perseverantiam. Domine, exaudi orationem incaenam, qui vivis et regnas, Deus, in sæcula sæculorum. Amen.

*Item Oratio.*

Miserator et misericors Deus, qui et barbaros vis salvare, et ad agnitionem veritatis tuae venire, ad te confugio filium salvatorem. Miserere mihi, quia te plurimum exacerbavi, et inimico consentiens congaudere eum feci, quia in mortem peccati decidi. Tu, Domine, qui et impiis et his qui sunt sine misericordia, miseres et proximis misericordiam impendis, miserere humilitatis meæ: apud te enim, Domine, nihil est impossibile. Fac misericordiam signum tuo, quia benignus et misericors es, qui et corpora hominum in die resurrectionis resuscitaturus es, exaudi me, Domine, quia defecit spiritus meus, et infelix anima mea; tabefactum est etiam corpus meum propter immunditiam, et jam vivere non sum dignus propter iniquitatem meam. Ignosce mihi, Domine, pœnitel peccata mea, vivifica me misericordia tua, et tribue mihi cor contritum et humiliatum, quod non despicias. Da fiduciam misericordie et indulgentie tuae, ut residuum tempus vite, quod mihi donaveris, tua mandata custodiam, et a timore tuo nunquam recedam: sed ut devote tibi de-

A serviam, et voluntatem tuam sincere perficiam. Parce mihi, quia tuae bonitati consistet omnia peccata mea coram sanctis angelis tuis, et coram justis hominibus; Domine, miserere mei, ut et alios erudiam, et ad servitium tuum sanctum perducam. Domine, vivifica me, et conforta in voluntate tua, et perseverantiam boni operis tribue mihi, et cautelam necessariam contra omnes insidias inimici, scientiam quoque et fortitudinem ejus tentationibus resistendi. Miserere mei, et exaudi me, Domine Deus meus, qui vivis et regnas in sæcula sæculorum. Amen.

*Pro invidia hominum.*

Libera nos, Domine, a latratu hominum pessimum, ut detrahentia vomituum eorum coenosa contagia nostram quæ a te est non polluant puritatem. Te deprecamur, pius dominator Deus, qui vivis et regnas in sæcula sæculorum. Amen.

*Oratio quotidiana.*

B Omnipotens sempiterne Dens, te humiliiter deprecamur ut non nos permittas perire quia tuae creature sumus. Concede nobis spatum vite vivendi, ut ante diem exitus nostri per veram pœnitentiam tibi placere mereamur. Per Dominum.

*Confessio et oratio sancti Augustini de libris confessionum ejus.*

O Domine Iesu, qui omnibus te puro corde quærentibus misereris, quantum spatiatus sum in mea memoria quærens te: et quia nemo alicubi te inventit, nisi miseratione tua demonstrante in memoria sua. Nam ex quo te puro corde didici non sum oblitus tui. Ubi enim inveni veritatem, ibi te inveni Dominum meum. Itaque ex quo te didici, manes in memoria mea, et illic te invenio cum reminiscori tui, et delector in te. Hæ sunt enim sanctæ deliciæ meæ, quas dedisti in misericordia tua, respiciens paupertatem meam. Tu enim dedisti hanc dignationem in memoriam meam, ut maneas in ea. Ubi ergo te inveni, ut discerem te, nisi in te etiam supra me, quia es ubique plenus atque perfectus Deus meus. Et quisquis te puro corde quesierit, misericordia tua inseres te in memoriam quærenti te: ut ibi inveniat te. Tu enim solus es veritas, et ubique præsides, omnibusque consulentibus te simul respondes omnibus, etiam diversa consulentibus liquide in respondes: sed non liquide omnes tuam responsionem audiunt. Optimus minister tuus est, qui non magis inquietur hoc a te audire quod ipse carnaliter voluerit, sed potius hoc vele quod a te audierit. Heu mihi misero! quod tam sero te amavi, pulchritudo tam antiqua et tam nova! Tu enim sancta gratia tua me vocasti, et rupisti surditatem meam, illuminasti cor meum, fugasti cæcitatem meam. Dedisti enim mihi sensum purum ut cognoscerem te: dedisti et amorem ut diligarem te, dedisti et voluntatem ut exardescerem in sanctam pacem tuam. Cum enim sancta tibi inhæsero voluntate, nullus mihi nocbit dolor et labor; sed viva erit vita mea tota plena gratia tua, quoniā quem tu imples sublevas eum: cum enim tui plenus non sum, oneri mihi sum. Contendunt letitiae meæ flenda cum lætandis mœroribus, et ex qua parte stet victoria nescio. Contendunt mœrores mei mali cum gaudiis bonis, et ex qua parte stet victoria nescio. Hei mihi, Domine, misere me! Hei mihi! Ecce vulnera mea non abscondo: medicus enim tu es, ego æger sum; tu misericors es, ego vero miser. Nam quid tentatio est vita humana super terram? Et tota spes mea non nisi in magna valde misericordia tua? Da, Domine, nobis et vele et posse perficere quod jubes, et jube quod vis. Imperas nobis continentiam, sed nemo potest esse contineas nisi tuo dono. Et hoc ipsum est sapientia scire cuius hoc donum est. Per continentiam quippe colligimus in membra corporis tui, et redigimus in unum a quo in multa defluximus. Minus enim te amat quam debeat, qui tecum aliquid amat. O amor, qui semper

**ardes, et nunquam extingueris!** Tu es charitas vera, tu es charitas pura. Deus meus, extingue in me omnem concupiscentiam malam, et accende in me suavissimam charitatem. Continentiam jubes, tu misericors Deus, da quod jubes. Jubes certe ut continentiam a concupiscentia oculorum, et ambitione saeculi istius : sed adhuc vivunt in memoria mea talium rerum imagines, quas ibi consuetudo mea fixit, et occursantur mihi. Nunquid non potest manus tua, Deus omnipotens, sanare omnes languores animae meae, atque abundantiore gratia tua lascivos motus etiam mei operis extinguere. Auge in me, Domine, auge magis magisque in me munera tua, ut anima mea in me sequatur te. Qui cum Patre et Spiritu sancto unus es Deus, unus es Dominus, vivens et dominans per omnia, et super omnia in saecula saeculorum. Amen.

*Item oratio ejusdem contra illusiones somni.*

Domine Iesu Christe, miserere mei, et cohibe in me omnis iniqua concupiscentia motum; ita ut neque in somnis sit mihi rebellis; ut non me compellat corruptelarum turpitudines perpetrare, quae per imagines animales me usque ad carnis fluxum in somnis conuantur seducere. Sed nec consentiat quidem anima maligna suasioni. Nam ut nihil tale vel tantulum libeat quantulum possit nutu cohiberi, etiam in casto dormientis affectu non magnum est agere tibi omnipotenti Deo, qui vales facere supra quam petimus aut intelligimus: nunc tamen qui adhuc sum in hoc genere mali moi dixi tibi bono Domino meo, exultans cum tremore in eo quo i donasti mihi, et lugens in eo quo i adhuc imperfectus sum, sperans perfecturum te in me misericordias tuas, usque ad plenariam pacem quam tecum habebunt interiora et exteriora mea, cum absorta fuerit mora in victoria. Praesta hoc et fac, omnipotens Deus, qui vivis et regnas in saecula saeculorum. Amen.

*Item oratio contra gulæ vitium.*

Omnipotens nütissime Deus, tua gratia inspirante, et tua misericordia auxiliante, malignis temptationibus quotidie conor resistere, et invoco super me auxilium gratiae tue, et ad te refero aestum animi mei, quia consilium mihi de hac re non est aliunde, nisi a te Deus mens misericordia mea. Audio denique jubentem vocem tuam, non graventur corda vestra in crapula et ebrietate. Ebrietatem, rogo, misericors, ut longe facias a me. Misere ne decipiatur me. Crapula autem nonnunquam subripit servo tuo; misere, ut avertas eam a me. Nemo enim potest esse continens, nisi tu des. Multa bona nobis orantibus tribuis, et quidquid boni antequam oraremus acceptimus, a te accepimus; et ut postea hoc cognosceremus a te accepimus, audivi aliam vocem tuam: Post concupiscentias tuis non eas, et avertere a voluntate tua. Audivi et illam ex munere tuo quam multum amavi: Neque si manducaverimus abundabimus, neque si (non) manducaverimus deficitus. Hoc ita intelligitur: Nec esca me copiosum faciet, nec esuries æruminosum, quia anima de jejuno reficitur. Audivi et alteram: Ego enim dedici in quibus sum sufficiens esse. Scio et abundare, scio penuriam pati, omnia possim in eo qui me confortat. Christus Deus misericors, conforta me, da velle, et posse quod iubes, jube quod vis: unde appetat, sancte Deus meus, te dare cum sit quod imperas fieri. Eripe me, piissime Deus, ab omni tentatione et ab omni malitia, et qui est, Domine, qui non rapitur extra metus necessitatis? Nam quisquis ille est, misericordia tua magnus est: dignum est ut magnificet nomen tuum. Ego autem non sum, qui peccator homo sum, sed tamen magnifico semper nomen tuum, qui interpellat te pro peccatis meis, Pater sancte Christe, qui vicisti saeculum numerus me vel inter firma membra corporis tui, quia imperfectum meum viderunt oculi tui. Justi autem tui onus in libro tuo scribentur

A per te datorem bonorum omnium, qui cum Patre et Spiritu sancto vivis et regnas unus Deus per omnia saecula saeculorum. Amen.

*De oratione quotidiana.*

Deus in adjutorium meum intende, Domine, ad adjuvandum me festina. Tribus vicibus cum Gloria. Domine Iesu Christe, Fili Dei vivi, in nomine tuo levabo manus meas. Deus omnipotens, adjuvare mihi digneris, et scientiam, et intellectum, et voluntatem bonam una cum fide catholica dona mihi in servitum tuum. Domine, tu es qui venisti salvare peccatores, salva nos. Deus, quomodo vis sicut tibi placet. Domine Deus clementissime, auxiliare mihi digneris. Tu enim scis quod nobis oportet.

*Incipit confessio.*

Deus ingestabilis misericordiae, Deus immensee pietatis, Deus conditor et reparator humani generis, qui conscientiam tibi corda purificas, et accusantes se ante conspectum divinae clementiae tuæ, ab omni vinculo iniquitatis absolvis; virtutem tuam totis exoro genitibus ut secundum multitudinem miserationum tuarum de omnibus peccatis meis, de quibus me accusat conscientia, puram mihi concedas coram te agere confessionem, veramque ex his omnibus et condigiam mihi tribus poenitentiam, quæcumque peccavi in cogitationibus pessimis, in meditationibus pravis, in consensu malo, in consilio iniquo, in concupiscentia, atque delectatione immunda, in verbis otoriosis, in factis malitiosis, in visu, in auditu, in gustu, in oloratu et tactu. Tu enim, misericors Deus, ad operam tuam mihi anime meæ salutem membrum singula humanis usibus apta deolis i: sed ego miserrimus omnium et peccator te, aeternæ salutis auctorem, contempsi, et aeterna mihi iniunctio incendia preparanti suadente concessi. Lapsus sum in peccatis, corrui in delictis, in membris singulis naturæ modum cessi, et impissime pravis et perversis laboribus obnoxium me feci. Pedes mei ad currendum in malum sequendo libidinem supra modum veloces fuerunt, et in obedientia mandatorum tuorum imbecilles, crura mea ad me sustinendum in malum fortia, genua mea ad fornicationem positus quam ad adorationem liberter flexi, in senioribus, et in genitalibus meis supra modum, in omnibus me immunilitatis contaminare non metui, et reum me omni ora peregi. Venter meus, et viscera omnia crapula sunt jugiter et ebrietate distenta. In rebus et lumbis illusione diabolica ac flamma libidinis turpissimo ardeo desiderio. Latera enim mea luxuriam malitie non formidant perpetrare. Dorsum meum ad iniqua roboravi opera, et collum meum in carnali erexi superbia; humera mea ad portandum nequit onera subiidi, et brachia illecebrosis jugiter amplexis prebut. Manus meæ plena sunt sanguine, omnibusque sordibus sunt polluta, prompte ad omne opus pravum, pigræ ad aliquod operandum bonum. Os meum nefario pollutum est oscalo, et iniuria est concupiscentia maculatum, verbisque luxuriosis ac rabolis otiosis superabundanter, et mendacio coinquinavit. Gula semper et ebrietati deditus carnalibus nunquam desideris satiationis: sed et lingua mea detractione est, et omni fallacia profanata, guttur meum insatiablem semper ardet ingluvia, aures meæ dolosis aptæ sunt loqueli, prompte ad omne malum, surdæ ad omne bonum. In naribus namque septem inquis detectatus sum odorigibus etiam patredineum delictorum minime horru. Quid igitur dicam de oculis qui multis me criminibus fecerunt obnoxium, omnemque sensum cordis mei averterunt, quibus in omni consensi libidine, qui et me quamvis raro in sanctuario tuo, te Domine, adorantem intuitu perverterunt iniquo, omnemque motum corporis mei ad immunda pertinxerunt desideria? Caputve meum omnibus supereminens membris raro unquam, Domine, ad te

creatorem meum inclinavi : sed etiam ceteris membris in omni malitia consentaneum feci. Cor meum plenum dolo, et nequitia nunquam pura purgavi penitentia ; siueque diabolica pollui illusione ; nec nunquam satis vera ablutio confessione. Non enim haec narrans tuam, Domine, in me blasphemio creaturam, sed meam a te, piissime Deus, exposco medicium, qui etiam in omnibus membris meis me reum intelligo super mensuram, quia ut astra coeli atque arena maris mea ita innumerabilis esse cognoscere delicta. Insuper etiam ita tristitia, accedia, jactantia, avaritia, atque desidia, omnibusque octo principalibus vitiis obnoxium me esse profiteor : sed tu, Domine, oculorum cognitor, qui dixisti poenitentiam te malle peccatorum quam mortem, tibi omnia cordis mei revelo arcana ; respice in me et miserebam mei, fontemque lacrymarum, et remissionem omnium peccatorum intima mihi cordis confessione tribue poscenti. Renova, innova in me, piissime Pater, quidquid actione, quod verbo, quod ipsa denique cogitatione, diabolica fraude vitiatum est, et unitati corporis Ecclesiae membrum tuum refectionis adnecte, et non habentem fiduciam nisi in tua misericordia ad sacramentum tuum reconciliationis admittre. Per Jesum Christum unigenitum Filium tuum Dominum et Salvatorem nostrum, qui tecum una cum sancto Spiritu unus est Deus, unus es Dominus, per immortalia regnans saecula saeculorum. Amen.

*Item oratio.*

Deus justorum gloria, et misericordia peccatorum, qui dixisti : *Nolo mortem peccatoris, sed magis ut convertatur et rivat* : suscipe me, piissime Pater, poenitente famulum tuum, quia tibi confiteor omnia delicia et peccata mea, quaecunque peccavi coram te, et coram sanctis angelis tuis, in cogitatione, in verbo, et opere, in omnibus simul vitiis et peccatis, sive in superbia et elatione, unde me gravissime reor esse pollutum, et in omnibus peccatis que nascuntur ex ea, in inobedientia, in presumptione iniqua, atque in pertinacia et contentione, vel etiam in arrogancia et obstinatione, sive in gula, in qua me super mensuram occupatum aestimo, et in universis vitiis que generantur ex ea, in in honesta letitia, in scurrilitate et risu, in vaniloquio, in immunditia simul cordis et corporis, in instabilitate mentis, in libidine et ebrietate, in commissatione non modica, in fornicatione quoque multis modis me pollutum esse sentio, et in cunctis sceleribus quoque pollulantur ex ea, in cecitate mentis, in visu malo et noxio, in auditu vano ac turpi, in gusto immoderato, in odoratu seculo, in tactu nequissimo, in consensu delectationis malignae, in immenso amore proprie voluntatis, in periculo vite, in lascivia et petulantia, in incontinentia mali desiderii, consilio iniquitatis, in odio mandatorum tuorum, et in negligencia atque inconsideratione vita future, in avaritia quoque superabundanter me reor esse demersum, et in tota serie criminum que procedunt ex ea, in invidia et dolo, in farto et rapina, in perjurio atque mendacio, nec non et falso testimonio, in inquietudine mentis, in injusto iudicio vel fraude, in veritatis contemptu, in oblivione beatitudinis semperitae, et in obdurate mortis. Deinde in ira et in iracundia nimium me esse arbitror depravatum, et in omnibus delictis ejus rafacie surgentibus, in tumore mentis, in rixa et dissensione, in contumelia, in injurgandi vel ulciscendi amore, in odio, in impatientia, in maledictionibus et blasphemias, in indignatione iniqua, in recordatione injurie meae, in accidia etiam immensa timeo me nimium obnoxium esse, et in omni labore faciutorum ex ejus sumite prouincium, in somnolentia et boni operis pigrizia, in inconstantia, in pervagatione mentis, in trepidatione laborandi, in tedio cordis, in moratione atque deletione, in tristitia injusta ab antiquo in me hoste commissa, et in ejus semine nequissimo valde timeo

A me obvolutum, in malignitate animi, in asperitate linguae, in amaritudine verborum, in rancore animi, in pusillanimitate, in cenodoxia namque vitio et in omnibus malis que prodeunt ex ea valde me depravatum esse arbitror, in jactantia, in arrogancia, in indignatione proximorum, in discordia, et hypocrisi, et innumeris peccatis. Insuper etiam multis in afflictione et in angustia constitutis per gratiam tuam subvenire potui, multosque de tribulatione et angustia liberare, sed meis peccatis tardantibus minus hoc egri, quam debui, et saepe sciens malum persicili et bonum loqui neglexi : unde nunc reum me esse gravissime sentio, meque reum esse confiteor; sed tu, Domine, qui omnia nosti etiam antequam fiant, tibi patescam omnia facinora cordis mei, tuam misericordiam humiliter invoco, ut omnia quaecunque peccavi coram te, et de quibuscumque mea accusat conscientia, seu que confessus, seu quae per negligentiam vel oblivionem detegi in cogitatu, in verbo et opere, vel in negligentiâ mea, haec omnia oblivioni in perpetuum tradas. Tu, Deus infinitus misericordie, qui omnibus invocantibus te in veritate subvenire soles, te supplici mente deposco, ut ex his omnibus mihi in hijs vite spatio compunctionem saluberrimam ex intimo corde, veramque punitiam, confessionem puram, emendationemque per omnia dignam, uberen etiam lacrymarum fontem quo defleam mala que commiseram largire digneris. Nam si qua sunt de supra nominatis, quibus non sum pollutus, tuus est, Domine, pietatis defensio, malum vero semper a me factum scio, ab incautione mea vel etiam ignorantia. Tuum tamen, Domine, plasma sum, meque sacratissimo et pretiosissimo sanguine tuo redemisti. Miserebam mihi et gemutum fructiferum tribue, ne iterum lugenda committam. Tu, Domine piissime, omnium largitor honorum, tribue mihi contra spiritum superbie humilitatem veram, per quam universa mala superbie valeam vincere; contra gulam et concupiscentiam malam continentiam dignam; et contra immunditiam fornicationis cordis et corporis castitatem, et totius pravae delectationis mortificationem, jejunii vel orationis instantiam, atque vigilarum consuetudinem sanctam : ita ut omnia valeam tentanda diabolus per misericordiam gratiae tuae superare; contra avaritiam tibi placitam largitatem, vires et scientiam superandi omnia que nascuntur ex ea; contra ira impetum patientiam, temperantiam animi : ita ut omnia que prodeunt ex ea extinguantur in me; contra accidiam boni operis, perseverantiam et studium sancti certaminis ad implendam in omnibus voluntatem tuam quantum tua sit donum pietatis in me; contra tristitiam gaudium mihi, Domine, tribue spiritalem, per quod omnia vitiorum mala penitus evellantur; contraque vanam gloriam plenissimam filium, spem firmam, et charitatem perfectam, ut te toto corde, tota mente, tota etiam merear virtute diligere, hic quoque omnium peccatorum remissionem pleniter percipere, et in futuro aeternam letitiam possidere quod ipse nobis presta, Filius Dei manens et regnans cum Patre et Spiritu sancto, unus Deus in trinitate et in unitate perfecta in saecula saeculorum. Amen.

*Oratio quam dicit sacerdos super paenitentem.*

Deus clementia, Deus misericordie, Deus indulgentiae, propitiare dignare supplicationibus nostris, et clementer suscipe famulum tuum poenitentem, atque per tuorum omnium sanctorum intercessiones et merita, cordis compunctionem illi sanctam largire et poenitentiam veram, puramque confessionem de omnibus peccatis suis preteritis, presentibus atque futuris, locumque satisfactionis et spatium emendandi, fontem quoque uberem lacrymarum digne deflere suorum cumulum delictorum, cautio nemque necessariam, ne iterum lugenda committat. Dimitte ei, Domine, facinora, dimite peccata omnia

in cogitatu, in verbo simul et opere, eumque deinceps in semitis justitiae, et in tua voluntatis opere perfecte corroborata atque conserva, ut inter tuos fidèles ministros in custodia mandatorum tuorum fidelis omnino permaneat, hic remissionem veram percipiat, et in futuro vitam æternam possideat, per te, Christe Jesu, qui vivis et regnas in sæcula sæculorum. Amen.

*Confessio pura.*

Truhlin dir uvir duib oigihlik allero minero suntiono enti missatatio. Alles deshibo missa sparb eddo missateta eddo missadahta uvosto enti uvercho enti Kidancho desihkibukku eddoni gahukku Desib uvizzanto hiteta eddo un uvizzanto notak eddo un notak slaffanti eddo uvachenti mein suartio entilugino. Hyridono enti un retheefuzur haiti huonu souvieloibhsio ssiteta enti un rehtero firinlustio innuiose io tranche enti in un rechetenlo slase daztumir truh tin hinist enti hinad hauverdos farge pan dazih foradinem uagom uns hamentisi enti dazisi in deser uveralti minero missatatio briuum enti haum sharabapen muozzi solih hosodino miltidasim alles uvaltantio truhlin. Te, Domine, pius dominator, et misericors Deus, supplices trementesque deprecamur, ut per misericoriam tuam actiones nostras tua gratia illuminare digneris, et adjuvando in bonum finem perducere qui regnas Deus in Trinitate. Per omnia sæcula sæculorum. Amen.

*Item alia confessio.*

Domine sancte, Pater omnipotens, et misericors Deus, qui dixisti pœnitentiam te malle peccatorum quam mortem, te supplices deprecamur, ut sancta gratia tua corda nostra illuminare digneris, et compunctionem nobis largiri saluberrimam, qua possumus, et nosmetipsos et peccata nostra humiliiter agnoscere, et deflere salubriter, omniumque delictorum et peccatorum nostrorum de quibusunque nostra non accusat conscientia, puriter coram te et coram sanctis angelis tuis confessionem agere, et fructum dignum pœnitentie exercere, sicut tibi, Domine, confiteamur omnia peccata nostra capitalia atque minuta, de omni superbia et vana gloria atque jactantia, de sacrilegio et homicidio, si ulla modo polluti simus, de fornicatione et adulterio, de omnique libidine quoconque modo maculati sumus, de omni avaritia et concupiscentia mala, de omni gula et ebrietate, de odio et invidia, de ira et omni perturbatione animi, de mendacio et falso testimonio, de multiloquio, detractione, et de omni otioso sermone, atque perjurio, de fraude et furto sive rapina, de maledictione sive adulacione iniqua atque de indiscreto silentio, si pauperes clamantes exasperavimus, et eorum curans negleximus, quod infirmos et in vinculis constitutos non visitavimus, quod ad orationem sanctam pigriores et tardiores quam opportuit fuimus, quod ad ecclesiam tardius venimus, quod aliis jejunantibus nos nostram gulam non constrinximus. De somno atque acedia, de omni torpore et otio, sive de zelo iniquo, de omnibus simul virtutis et negligentiarum nostrarum, sive in cogitatu, sive in loqua, sive in opere malo, quoconque modo peccavimus, scienter, aut ignoranter, voluntarie vel invititi, dormiendo sive vigilando, tu clementissime Pater, de omnibus peccatis et negligentiarum nostrarum de omnique incuria nostra, veram ei fructuosam nos pœnitentiam tribue ante diem exitus nostri, et emendationem condignam atque necessariam bonis operibus exercere, ut per merita et intercessiones sanctorum et omnium perfectorum tuorum veram indulgentiam mereamur te largiente Domino atque auxiliante, qui vivis et regnas in sæcula sæculorum. Amen.

*Confessio inter missarum solemnia recitanda.*

Suscipe confessionem meam, unica spes salutis

A meæ, Domine Deus meus, gula, ebrietate, fornicatione, libidine, tristitia, acedia, somnolentia, negligencia, ira, cupiditate, invidia, malitia, odio, detractione, perjurio, falsitate, mendacio, vana gloria, levitate, ac superbia perditus sum, et omnino cogitatione, locutione, actione, atque omnibus sensibus extinctis, qui justificas impios et vivificas mortuos, justifica me, et resuscita me, Domine Deus meus, qui vivis et regnas in sæcula sæculorum. Amen.

*Oratio a eucharistiae perceptione.*

Domine Jesu Christe, Fili Dei vivi, qui ex voluntate Patris, cooperante Spiritu sancto per mortem tuam mundum vivificasti, libera me per hoc sacrum corpus et sanguinem tuum a cunctis iniquitatibus et universis malis, et fac me tuis obedire præcepis, et a te nunquam in perpetuum digneris separari.

*Oratio ante altare.*

B Deus propitius esto mihi peccatori, quia tu es immortalis et sine peccato. Tu solus, Domine Deus meus, tu es benedictus, qui benedicis omnia; tu es sanctus qui sanctificas, Domine Deus meus, indulge mihi indigno famulo tuo peccatori, quia peccator sum et indignus, quia presumo a sanctum altare tuum invocare te; quia peccavi coram te et coram angelis tuis; sed tribue mihi indulgentiam delictorum meorum, et confirma me in sancta Ecclesia tua, in fide orthodoxorum, et doce me facere voluntatem tuam omnibus diebus vita meæ. Qui vivis et regnas in sæcula sæculorum. Amen.

*Oratio sancti Ambrosii ante missam.*

C Ante conspectum divinae majestatis tuae reus assisto, qui invocare nomen sanctum tuum presumo; miserere mihi, Domine, homini peccatori; ignosce indigno sacerdoti per cuius manus haec oblatione videtur offerri. Parce peccatorum labore præ ceteris capitulum polluto, et non intres in iudicio cum servo tuo, quia non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens, scilicet virtutis ac voluntatibus carnis aggravati. Recordare, Domine, quod caro sumus, in tuo conspectu etiam coeli non sunt mundi, quanto magis nos homines terreni, immundi sicut pannus menstruatus. Indigni sumus, Jesu Christe, ut simus viventes, sed tu qui non vis mortem peccatoris, da nobis veniam in carne constitutis, ut per pœnitentiae labores vita æterna perfruamur in cœlis per te, Jesu Christe, qui cum Patre et Spiritu sancto vivis et regnas in sæcula sæculorum. Amen.

*Item oratio ejusdem.*

D Ignosce, Domine, quod dum rogare compeller, dum per immunda labia mea nomen sanctum tuum assumo, et immundorum actuum secreta confiteor, non habeo apud te verba sine crimine. Tu enim conscientiae meae vulnera, tu cognitionum mearum occulta nosti, et immunditias meas tu solus agnoscis. Miserebamur mihi, Domine, ignosce mysterii tui secreta tractanti, nec indignum misericordiae tuae judices, quem pro aliis rogare permittis, et in quo testimonium boni operis non agnoscis, officium saltem dispensationis creditis non recuses, Salvator mundi, qui cum Patre et Spiritu sancto vivis et regnas per omnia sæcula sæculorum. Amen.

*Ad orationes speciales faciendas.*

Miserere, Domine; miserere, Christe; tu misericordia mea, miserere mihi. Miserere, Domine; miserere, Christe, et credam in te. Miserere, Domine; miserere, Christe, ut cognoscam te. Miserere, Domine; miserere, Christe, ut diligam te. Miserere, Domine; miserere, Christe, ut anima mea vivat in te. Miserere, Domine; miserere, Christe, ut caro mea exsultet in te. Miserere, Domine; miserere, Christe, ut vita mea perficiatur in te. Miserere, Domine; miserere, Christe, Salvator, salus mea, fortitudo mea. Miserere, Spiritus paracletus, consolatio mea,

**I**lluminatio mea. Miserere, Domine Deus, Trinitas et Unitas. Te laudo, te adoro, te confiteor, pax mea, spes mea, lux mea, pulchritudo mea, beatitudo mea : tibi laus, tibi gloria, tibi gratiarum actio, semper ubique in secula sempiterna. Miserere, Domine ; miserere, Christe, tu misericordia mea : miserere mihi ; miserere, Domine ; miserere, Christe, ut bona rogem te. Miserere, Domine ; miserere, Christe, ut dignum me facias exaudiri. Miserere, Domine ; miserere, Christe, ut exaudiatis me. Miserere, Domine ; miserere, Christe, ut sanctam voluntatem tuam doceas me. Miserere, Domine ; miserere, Christe, ut in charitate tua enutrias me. Miserere, Domine ; miserere, Christe, ut Spiritu sancto tuo illumines me. Miserere, Domine ; miserere, Christe, ut credam in te. Miserere, Domine ; miserere, Christe, ut cognoscam te. Miserere, Domine ; miserere, Christe, ut diligam te. Miserere, Domine ; miserere, Christe, ut sperem in te. Miserere, Domine ; miserere, Christe, ut a morte perpetua eripias me. Miserere, Domine ; miserere, Christe, ut de omnibus peccatis meis veram poenitentiam tribuas mihi. Miserere, Domine ; miserere, Christe, ut remissionem omnium peccatorum tribuas mihi. Miserere, Domine ; miserere, Christe, ut ab omni tribulatione eripias me. Miserere, Domine ; miserere, Christe, ut ab omni immunditia cordis et corporis liberes me. Miserere, Domine ; miserere, Christe, ut somitem libidinis extinguis in me. Miserere, Domine ; miserere, Christe, ut ab insidiis diaboli liberes me. Miserere, Domine ; miserere, Christe, ut ab immunda cogitatione liberes me. Miserere, Domine ; miserere, Christe, ut ab omni malo liberes me. Miserere, Domine ; miserere, Christe, ut anima mea vivat in te. Miserere, Domine ; miserere, Christe, ut caro mea exultet in te. Miserere, Domine ; miserere, Christe, ut vita mea perficiatur in te. Miserere, Domine, Deus, Pater, gloria mea, anima mea. Miserere, Christe, Salvator, salus mea, fortitudo mea. Miserere, Spiritus paracletus, consolatio mea, illuminatio mea. Miserere, Domine, Deus, Trinitas et Unitas. Te laudo, te adoro, te confiteor, pax mea, spes mea, laus mea, lux mea, pulchritudo mea, beatitudo mea. Tibi laus, tibi gloria, tibi gratiarum actio, semper ubique in sempiterna secula

*Ad laudem Dei oratio pura.*

Adesto, lumen verum, Pater, omnipotens Deus. Adesto, lumen de lumine, Verbum et Filius Dei, Deus omnipotens. Adesto, sancte Spiritus, Patris et Filii concordia, Deus omnipotens. Adesto, Deus vivus, omnipotens, Pater et Filius et Spiritus sanctus. Doce fidem, excita spem, infunde charitatem. Velle mihi adjacet, sed hoc non a me, sed a te, mundum et terras linquere, et cœlum petere, sed imbecilla pluma est velle sine subsidio tuo. Da fidei pennas, ut volem sursum ad te. Nunc fidem in te, per te, de te. Confiteor te unum in substantia, Trinitatem in personis. Confiteor et tres unum et unum tres. Confiteor, Pater et Filius, et Spiritus sanctus, o beata Trinitas. Deus, Dominus, Paracletus, o beata Trinitas. Charitas, gratia, communicatio, o beata Trinitas. Charitas Deus est, gratia Christus, communicatio Spiritus sanctus; o beata Trinitas. Genitor, genitus, regenerans, o beata Trinitas. Verum lumen ex lumine, vera illuminatio, o beata Trinitas. Invisibilis, invisibiliter, visibilis, invisibiliter, invisibilis visibiliter, o beata Trinitas. Fons, flumen, irrigatio, o beata Trinitas. Ab uno omnia, per unum omnia, in uno omnia, o beata Trinitas. A quo, per quem, in quo omnia, o beata Trinitas. Vivens vita, vita a vivente, vivificator viventium, o beata Trinitas. Unus a se, unus ab uno, unus ab ambobus, o beata Trinitas. On a se, on ab altero, on ab utroque, o beata Trinitas. Omne autem on semper in tribus, et omne on æqualiter in singulis, o beata Trinitas. Verax Pater, veritas Filius, veritas Spiritus, o beata

**A**Trinitas. Una igitur Pater, λόγος, Paracletus, quæ substantia est, o beata Trinitas. Una essentia, una virtus, una bonitas, o beata Trinitas. Deus bestitudo, in quo, et a quo, et per quem beata sunt quæcunque beata sunt omnia, o beata Trinitas. Deus vera et summa vita, in quo, et a quo, et per quem vivunt quæcunque vere summeque vivunt omnia, o beata Trinitas. Deus bonus et pulchrum, in quo, et a quo, et per quem bona et pulchra sunt quæcunque bona et pulchra sunt omnia, o beata Trinitas. Deus cui nos fides excitat, spes erigit, charitas jungit, o beata Trinitas. Deus qui petre jubes, et invenire facis, et pulsantibus aperis, o beata Trinitas. Deus supra quem nihil, extra quem nihil, sine quo nihil, o beata Trinitas. Te invocamus, te adoramus, te laudamus, o beata Trinitas. Exaudi, exaudi, exaudi, o beata Trinitas. Spes nostra, salus nostra, honor noster, o beata Trinitas. Auge in nobis fidem, auge spem, auge charitatem, o beata Trinitas. Libera nos, salva nos, justifica nos, o beata Trinitas. Miserere, Domine, quia misericordia tua liberavit nos, o beata Trinitas. Miserere, Domine, quia misericordia tua credimus in te, o beata Trinitas. Miserere, Domine, quia misericordia tua cognovimus te, o beata Trinitas. Miserere, Domine, quia misericordia tua sperramus in te, o beata Trinitas. Miserere, Domine, quia misericordia tua amamus te, o beata Trinitas. Te adoramus cuncti unum Dominum, Patrem, et Filium, sanctumque Spiritum, o beata Trinitas. Da peccatis veniam, presta æternam vitam, dona pacem et gloriam, o beata Trinitas. O beata, et benedicta, et glorirosa Trinitas, Pater, Filius, et Spiritus sanctus ! O beata Trinitas ! O beata, benedicta, glorirosa Unitas, Pater, Filius, Spiritus sanctus ! O beata Trinitas ! O vera, summa, sempiterna Trinitas, Pater, et Filius, et Spiritus sanctus ! O vera, summa, sempiterna Unitas Pater, Filius, Spiritus sanctus ! Miserere nobis, miserere nobis ; miserere nobis, o beata Trinitas. Tibi laus, tibi gloria, tibi gratiarum actio in secula sempiterna, o beata Trinitas. Quando cogitatione vanæ glorie vel superbia te impugnat, perscrutare te ipsum, si omnia mandata Dei servasti, si inimicos diligas, si gaudes in gloria inimici tui, si contristaris in dejectione ejus, si apud te habes quoniam servus inutilis, et omnibus hominibus plus peccator; et iterum ex cubile tuo proprio mane consurgens antequam in opus aliquod occuparis, dic quod omnes homines ingrediuntur in regnum Dei propter justicias suas, ego autem solus propter peccata mea timeo me prænascerit haereditate perpetua, nisi miseratione tua subvenerit mihi. Peccavi, Domine, miserere mei, et ne permittas me perire facturam tuam, sed respice in me, atque a peccatis meis faciem tuam averte, et omnes iniquitates meas dele, et propter gloriam nominis tui, Domine, libera nos, et propitiatus esto peccatis nostris propter nomen tuum.

*De octo vitiis principalibus, quorum nomina hæc sunt :*

**D**Superbia, gula, fornicatio, avaritia, ira, acedia, tristitia, cenodoxia, id est vana gloria. De superbia nascitur omnis inobedientia, omnis præsumptio, omnis pertinacia, contentiones, hæreses, arrogantia. De gula nascitur inæpta letitia, scurrilitas, levitas, vaniloquium, immunditia corporis, instabilitas mentis, ebrietas, libido. De fornicatione nascitur cœxitas mentis, inconstancia oculorum, amor immoderatus, periculum vite, lascivia vite, petulantia et omnis incontinentia, odium mandatorum Dei, mentis eneratio, injustæ cupiditates, negligenter vita futura. De avaritia nascitur invidia, furtæ, latrociniæ, homicidia, mendacia, perjuræ, rapina, violentia, inquietudo, injustæ iudicia, contemptus veritatis, futura beatitudinis oblivio, obdurate cordis. De ira nullulat tumor mentis reæ, contumelie, clamor, indignatio, præsumptio, blasphemæ, sanguinis effusio, homicidia, ulciscendi cupiditas, injuriarum memoria. De acedia nascitur somnolentia, pigritia operis boni,

instabilitas loci, pervagatio de loco in locum, trepiditas, laborandi tedium, cordis murmuratio, et maniloquia. De tristitia nascitur malitia, rancor animi, pusillanimitas, amaritudo, desperatio. De cedodoxia, il est vana gloria, inde jactantia, arrogancia, indignatio, discordia, inanis glorie cupido, et hypocrisis, id est simulatio boni operis. Per haec ista omnia mala Domino auxiliante vinci possunt leviter primo superbia per humilitatem, gula per abstinentiam, fornicatio per castitatem, avaritia per sapientiam, ira per patientiam, acedia per instantiam boni operis, tristitia mala per letitiam spiritualem, vana gloria per charitatem Dei.

*Oratio contra vitia.*

Dominus sancte, Pater omnipotens, aeternus Deus, misericordiam tuam ex intimo corde depositimus, ut per orationes et merita omnium sanctorum tuorum tribus nobis conscientiam puram, terram despiciere, et celum aspicere, peccata odire, justitiam diligere. Ausfer a nobis sollicitudinem secularis, et dona nobis tuum sanctum perfecte timorem. Depelle a nobis appetitum gulae, et da virtutem abstinenciae. Fuga a nobis spiritum fornicationis, et infunde ardorem sanctissimae castitatis. Extingue in nobis omnem concupiscentiam malam, et tribue voluntariam paupertatem. Cohibe a nobis iracundiam, et accende in nobis suavissimam Dei et proximi charitatem. Expelle a nobis jactantiam atque vanam gloriam, et tribue nobis compunctionem saluberrimam. Depone a nobis superbiam, et perfice in nobis humilitatem veram. Disperge a nobis misericors Deus omnes pariter divitias vitorum, et tribue nobis tuorum custodiam mandatorum. Contra impatientiam infunde patientiam justam, contra odium et invidiad charitatem fraternalis, contra detractionem vel murmurationem tuam semper sanctissimam laudem, contraque simul omnia vita benedictionis gratiam. Suscita in nobis fontem uberen lacrymarum, et cor durum mollifica per poenitentiam veram, et omnia quaecunque in nobis bona perpetuam gratiam operaris ad tuam per omnia gloriam deputare, et nos semper peccatores esse cognoscere, nec tamen a tua laude vel opere aliquando cessare, sed perseverantia tua semper perficere voluntatem. Per.

*Item preces.*

**D**e charitate. Diligam te, Domine, fortitudo mea. **D**e laude Dei. Bene licet Dominum in omni tempore. **D**e fide. Domine, augo nobis fidem. **D**e spe. Exaudi nos, Deus salutaris noster, spes omnium finium terre. **D**e custodia Dei. Custodi me, Domine, ut pupillam oculi, sub umbra alarum tuarum protege me. **D**e conversione. Domine, dimitte me ut refrigereret priusquam abeam, et amplius non ero. **D**e fortitudine. Fortitudinem meam ad te custodi, quia Deus susceptor meus, Deus mens, misericordia ejus præveniet me. **D**e gratia Dei. Misericordia tua præveniet me, et misericordia tua subsequetur me. **D**e extremo die. Quoniam tu es protector meus, Domine, in manus tuas commendo spiritum meum. **I**tem. Erne, Domine, a fratre animam meam, et de manu canis unicam meam. **I**tem. O Domine, libera animam, misericors Dominus, et justus, et Deus noster miseretur. **D**e visione Dei. Unam petui a Domino hanc requiram, ut inhabitem in domo Domini omnibus diebus vita mea. **I**tem. Ut videam voluntatem Domini, et visitem templum ejus. **I**tem. Beati qui habitant in domo tua, Domine, in secula seculorum laudabunt te. **D**e fide. Confiteor me credere Dominum Patrem, qui creavit omnia; et Dominum Filium, qui ab eo genitus est ante secula; et Dominum Spiritum sanctum ab ambobus procedentem, id est sanctam Trinitatem, unum verum naturaliter Dominum, non tres Deos, sed tres personas in una substantia et divinitate ac maiestate sine initio semper esse, eundemque Filium, qui semper cum Patre

fuit confiteor, cooperante Spiritu sancto natum ex Maria virgine, verum Deum, et verum hominem in duabus naturis, divina vellet et humana, sed in una persona, carne passum, mortuum, sepultum, descendisse ad inferos non corpore, sed anima, non amissa divinitate, et tertia die resurrexisse in eadem carne qua mortuus est, et ascendisse in celum, et iterum venturum cum gloria et judicaturum, et redditum unicuique secundum opera sua. Factor me credere sanctam Ecclesiam catholicam, et remissionem peccatorum sive per baptismum, sive per penitentiam, et resurrectum in eadem carne que nunc vivo in vitam aeternam. Haec est fides vera, que paucis verbis fidelibus nota est, ut credendo subjugati recte vivant, recte vivent in cor mundum, corde mundato quod credunt intelligent, vitam aeternam habeant.

*Commemoratio de ordine quotidiane orationis.*

**H**oc, venerabilis Pater, primum verbum de ore vestro procedut, de somno surgentes, Domine, labia mea aperies, et reliqua. Deinde: Verba mea aribus percipe, Domine, intellige clamorem meum; intende vocis orationis meae, rex meus et Deus meus, quoniam ad te orabo; Domine, mane exaudies vocem meam, mane astabo tibi et video te, Domine. Postea: Gloria in excelsis Deo et in terra pax hominibus bonae voluntatis. Laudamus te, benedicimus te, adoramus te, glorificamus te, gratias agimus tibi propter magnam gloriam tuam, Domine Deus rex coelestis, Deus Pater omnipotens, Domine Fili unigenite Iesu Christe, Domine, Deus, agnus Dei, Filius Patris; qui tollis peccata mundi, suscipe deprecationem nostram: qui sedes ad dexteram Patris, miserebis nobis: quoniam tu solus sanctus, tu solus Dominus, tu solus altissimus, Iesu Christe, cum sancto Spiritu in gloria Dei Patris, Amen. Dignare, Domine, die isto sine peccato nos custodi. Et tunc: Deus in adjutorium meum intende, Domine, ad auxilium me festina: Tribus rictibus genibus flexis et tertio Gloria. Deinde, Pater noster. Deinde, signato fronte et oculis, omnibusque membris signo crucis, tunc evangelio in manu accepto, et facie ad orientem conversa dicendum: Matthæus et Isaïas intercedant pro me. Et tunc facie ad austrum conversa dicendum: Marcus et Jeremias intercedant pro me. Tunc facie ad occidentem conversa dicendum: Lucas et Ezechiel defendant me. Et in sinistrum facie conversa dicendum: Joannes et Daniel custodiant me. Et postea dicetis: Crux mihi refugium, crux nubi certa salus, crux Domini mecum, crux est quam semper adoro. Deinde, Pater noster. Et postea dicendum: Da nobis, Domine, intellectum, ut sciamus testimonia tua. Aperi nobis sensus et oculos cordis, sicut aperuisti sensus apostolorum, ut possimus intelligere sanctas Scripturas. Et aperto evangelio, una pagina vel duæ de eo intenta mente legantur, et impleatur illud quod dictum est: In lege Domini voluntas ejus: et, in lege ejus meditabitur die ac nocte. Et iterum: Beati qui scruntantur testimonia ejus, in toto corde exquirunt eum. Postea vel una pagina de epistolis Pauli legatur, ut secundum regulam evangelicam et apostolicam sciat quisque quid de Dei servitio agere debet, vel quid aliis prædicare. Deinde: Christe audi nos, et cetera que sequuntur de litania. Deinde, Pater noster. Et tunc in privatis orationibus 16 psalmi, id est, Domine, ne in furore tuo arguas. 1. Usquequo, Domine. 2. Dominus regit me. 3. Ad te, Domine, levavi animam meam. 4. Dominus illuminatio mea. 5. Miserere mei, Deus, secundum. 6. Deus, in nomine tuo. 7. Deus misereatur nobis. 8. Deus, in adjutorium meum. 9. Benedixisti, Domine. 10. Inclina, Domine, aurem tuam. 11. Ad te kavvi oculos meos. 12. De profundis. 13. Domine, prolasti me, et cognovisti me. 14. Eripe me, Domine, ab homine malo. 15. Domine, exaudi. 16. Deinde: Laudate dominum in sanctis ejus. Et

*postea* : Ab occultis meis munda me, Domine, et ab alienis parce servo tuo. *Deinde dicendum* : Ego vero orationem meam ad te, Domine, tempus beneplaciti Deus. In multitudine misericordiae tuae exaudi me, in veritate salutis tue. Eripe me de luto ut non infigar, libera me ab his qui oderunt me; et de profundis aquarum. Non me demergat tempestas aquæ, neque absorbeat me profundum, neque urgeat super me puteus os suum. Exaudi me, Domine, quoniam benigna est misericordia tua, secundum multitudinem miserationum tuarum respice in me, et ne avertas faciem tuam a pueru tuo, quoniam tribulor velociter exaudi me. Intende animæ meæ et libera eam, propter inimicos meos eripe me, Domine. *Ac postea*, Christe, audi nos ter, et cetera quæ sequuntur, sicut prius. *Tunc Pater noster, et Credo in Deum.* *Hæc enim omnia prima diei hora agenda sunt privatissimis orationibus, ac postea orationes peculiares et litania plenius peragatur.* — Diligenter pensandum est unicuique Christiano, ac sollicite cogitandum, ut sanctam in se Trinitatis divinæ imaginem condigno veneretur honore : quæ imago in anima constat humana, quod est inferior homo spiritus hominis. Nam sicuti Deus unus semper ubique totus et plenus est, omnia vivificans, movens, et gubernans, sicut Apostolus ait, *quod in eo vivimus, movemur et sumus*, sic anima hominis in corpore suo ubique in eo tota vigeat, vivificans eum, et movens, et gubernans; nec enim in majoribus corporis sui membris major, et in minoribus minor; sed in minimis tota, in maximis tota; et hæc est imago unitatis omnipotentis Dei, quam habet anima in se magna natura et nobilis. Fortasse dicit aliquis : Si ergo unius Dei imago est, quomodo ergo est sanctæ Trinitatis imago? Cui dicendum est : Primo sicut Deus est, vivit et sapit. Deinde quamvis ipsa sancta Trinitas unius sit naturæ, non tres tamen in se dignitates habet, id est intellectum, voluntatem et memoriam : similiter anima hominis una mens est, una vita, una substantia, sicut unus Deus in tribus personis, in una tamen substantia; sed hæc tria quæ habet anima in se, non sunt tres vitæ, sicut non tres Dii, sed una est vita, sicut unus est Deus; nec tres mentes, sed una mens consequenter utique, non tres substantiae, sed una substantia est ; proinde hæc tria unum sunt, id est una vita, una mens, una substantia anima hominis, sicut unus Deus Pater et Filius et Spiritus sanctus : habet enim et alia tria anima in se, id est intellectum, voluntatem, atque memoriam : sed tamen hæc tria una anima est : quia intellectus sine voluntate non est, sicut Pater sine Filio, nunquam fuit nec voluntas sine intellectu, sicut nec Filius sine Patre; neque intellectus, neque voluntas sine memoria, sicut nec Pater nec Filius sine Spiritu sancto, qui ex amboibus procedit. Sic et memoria ex intellectu et voluntate procedit, quia si intellectus non esset, voluntas utique non fuisset, ac si intellectus et voluntas non essent, memoria cujus fuisset? Quæ tamen tria una est anima; sic unus est Deus Pater et Filius et Spiritus sanctus, quod in Evangelio bene demonstratur, dum dicit : *Diliges Dominum Deum ex toto corde tuo, id est ex toto intellectu, et ex tota anima tua, id est et ex tota voluntate : et ex tota mente tua, id est, ex omni memoria.* Nec enim est anima sine his tribus, sed anima intellectus, anima voluntas est, anima memoria est, non tamen tres animæ, sed una anima istas tres in se dignitates habens, in quibus imaginem Dei gerit. Quapropter sollicite est perpendendum, ut unusquisque in se primæ conditionis suæ excellentiam, et venerandam in se sanctæ Trinitatis imaginem recognoscat, et honorem Dei, ad quem creatus est, nobilitate morum, exercitio bonorum operum, dignitate meritoru, summo studio venerare contendat, ut ad æternam coram Deo gloriam et beatitudinem pervenire mereatur.

*Fides Aurelii Augustini de Filio Dei.*

Haec est fides, quæ paucis verbis tenenda in symbolo novellis Christianis datur; quæ pauca verba fidelibus nota sunt, ut credendo subjugati, recte vivant, recte vivendo cor mundent, corde mundato quod credunt intelligent. Unus Deus Pater et Filius et Spiritus sanctus invisibilis, incomprehensibilis, inviolabilis, incoquinabilis, qui solus habet immortalitatem, et lucem habitat inaccessibilem. Ipse lumen verum, vita et veritas, bonus et summus, et quæcumque de illo humanus sermo poterit enunciare. Que tamen ab eo dantur, ut aliquo modo dici possint; ex quo omnia, per quem omnia, sive sedes, sive dominationes, sive principatus, sive potestates, et omnia per ipsum et in ipso creata sunt, sicut in utroque testamento humilibus, et pie querentibus manifestatur. Ipsi gloria in sæcula sæculorum. Amen.

**B** Deus in adjutorium meum intende tribus vicibus cum Gloria et Kyrie eleison. Pater noster, et preces. Et ne nos inducas. Ego dixi, Domine, miserere mei. Convertere, Domine, usquequo. Oculi Domini. Confiteantur tibi, Domine. Ne derelinquas me, Domine. Intende in adjutorium meum, Domine Deus salutis meæ. Complaceat tibi, Domine. Ab occultis meis munda me, Domine. Pone, Domine, custodiam ori meo. Non declines cor meum. Non intras in iudicium. Repleat os meum laude, attamen, o Domine, salvum me fac; respice in servos tuos, et sit splendor Domini Dei nostri super nos, dirige, Domine, hodie corda. Postea, Dominus vobiscum.

*Item oratio.*

Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, qui es doctor sanctorum, et dirigis itinera sanctorum, dirige angelum pacis nobiscum, qui nos a cunctis adversitatibus protegat, et in servitio sancti nominis tui ubique custodiat, ut nullus nos in viam nostram decipiat inimicus, sed mereamur ab omni hoste triumphum, et tuæ semper miserationis subsidium: quatenus tua jussa complentes, sospites ad propria redeamus, per te, Christe Jesu, qui cum Paire et Spiritu sancto vivis.

**C** Oratio pro iter agentibus.

Domine, sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, propitiare digneris supplicationibus nostris, et mitte angelum tuum sanctum nobiscum, qui nos a cunctis adversitatibus protegat, et in servitio sancti nominis tui ubique custodiat, ut nullus nos in viam nostram decipiat inimicus, sed mereamur ab omni hoste triumphum, et tuæ semper miserationis subsidium: quatenus tua jussa complentes, sospites ad propria redeamus, per te, Christe Jesu, qui cum Paire et Spiritu sancto vivis.

Omnipotens et misericors Deus, tuum super nos nomen supplices invocemus, ut tua largiente clemencia bene ambolemus in prosperis, et ut nomen tuum sit semper in cogitationibus, in verbis, et in operibus nostris, angeli tui sancti comitentur nobiscum; archangelorum, patriarcharum prophetarum, apostolorum, martyrum, confessorum, et omnium sanctorum tuorum auxilientur nobis orationes. Emitte, Domine, super nos spiritum castitatis, benignitatis, et veritatis, misericordie et largitatis, tueque perpetuae charitatis, lucis et pacis, qui nos regat, protegat, atque ab omni malo defendat, ut per vias planas et rectas cum omni fiducia sine impedimento ad loca desiderata possimus pervenire, et in nomine tuo sancto cum sanitate et iactitia ad propria possimus habitacula remcare. Per Dominum nostrum Jesum.

**D** Domine Jesu Christe, mitissime Deus, qui dixisti penitentiam te malle peccatorum, quam mortem, inimicam clementiam tuam humillime deprecor, de omnibus peccatis et delictis meis capitalibus vel minutis, quounque modo in quolibet eorum pollutus fuisset, aut adhuc sim, vel noxius coram te, sive in cogitatu, sive in verbo, sive in opere, scilicet aut ignoranter, sponte vel invitus, dormientem

lans, tu mihi puram coram te et coram sanctis angelis tuis confessionem agere tribue, et veram ac fructuosam pœnitentiam emendationemque condignam ante diem exitus mei, sive sit in superbia matre omnium vitiorum, sive in sacrilego aliquo modo, sive in homicidio corporali vel spirituali, sive in adulterio et in omni immunditia cordis et corporis, vel etiam in voluptatis amore, sive in falso testimonio, vel verbo mendacii, aut etiam otioso, sive in perjurio, aut in jurauento, sive in furto aliquo, sive in rapina vel fraude, sive in odio vel invidia erga proximum meum aliquem, vel in meditatione dol: aut in zelo malo, sive in detractione, vel murmuratione, sive in animositate, vel in iracundia injusta, vel immoderata, sive sit in avaritia onerium malorum radice, sive in gula vel ebrietate, in omni concupiscentia mala, atque tenacia, sive in jactantia, vel inanis gloria appetitu, in omni hypocrisi, sive in acedia, vel torpore, in omni pigritia, negligentia operis Dei, sive in supplicatione fratris alicuius, vel in contemptu ejus, sive injusto judicio, vel condemnatione innocentium, sive in eo quod corpori meo plus laboris indulsi, quam debui in omni transgressione mandatorum Domini. Deinde etiam de minutis peccatis quanta vel qualia sint, quantum sentio et intelligo, vel quanta ex eis dinumerare valeo, quotiescumque instinctu gulæ in cibo, vel potu plus sumpsi quam mihi esset necessitas, vel cum plus dormivi quam deberem, vel cum plus loquebar, vel plus tacui quam justum esset, vel plus quassatio exegisset, vel quocunque modo iniquitatem conseuerain, et delinquentes non corripi, quandocumque pauperes ad me clamantes exasperare non timui, neque genitum eorum audivi, neque dolentem consolatus sum eum juxta vires et facultatem meam atque scientiam, indigentibus, et minus potentibus subvenire neglexi, et eleemosynam minus aut arctius exercui

A quam deberem, aut cum non jejunavi cum valvi, vel debui, cum tardius ad orationes et vigilias resurrexi, quam mea esset necessitas, aut cum in sancta ecclesia vel in quocunque orationis loco vel tempore in otiosas et iniquas me fabulas occupavi, et instabilis et vagus eram in animo meo, cum orare vel Deum laudare debueram; aut cum in vinculis, vel in tribulationibus, sive in infirmitate positis non ministravi, neque eos visitavi, cum discordes et dissidentes ad concordiam non revocavi, si seniores meos, vel confratres vel quascunque personas plus exasperavi quam oportet mihi, vel cum aliquem et injusis blanditiis delinivi, vel cum maledicere alii non timui, neque alios blasphemare; aut cum inobediens sui Dei præceptis, vel hominis ad justitiam aut aliorum honorum montia contempsi, cum plus præsumpsi, aut amplius in contentione iniqua vel in pertinacia permansi quam deberem, vel cum in ineptam letitiam, et in scurrilitatem, in risu, et in jecum vanum me occupavi, vel cum contumeliosa aliis verba loqui non metui, aut alios despesi, sive cum de injuris vel contumeliosis erga me verbis ultionem reddidi vel reddere cogitavi, et injustum amaritudinem in corde reuinui, sive cum plus mundum hunc quam Deum dilexi; de ipsis quoque et de aliis malis omnibus majoribus vel minoribus, vel quorum recordor, aut non recordor, in quibusconque vel quocunque modo peccavi, aut deliqui, tibi: piissime Dominator Deus, pariter confiteor: tu Domine, per ineffabilem clementiam tuam, de his omnibus in hac vita presenti confessionem puram, et veram ac fructuosam pœnitentiam agere concede, et hic per misericordiam tuam cum emendatione condigna veniam promereri, perque intercessiones et merita sanctorum tuorum ad æternam me tribue beatitudinem pervenire, qui manes, et vivis Dees regnans in sæcula sæculorum. Amen.

#### \* ANNALES <sup>b</sup> UT VIDETUR ALCUNI. AN. 782-797.

(Pertz, Monuments Germ. hist.)

*Pars prior, an. 782-787, ex cod. S. Germani et Ann. C Juvavensisibus.*

- 782. In Carisiaco.
- 783. In Theudunvilla.
- 784 (786). In Aristalle.
- 785 (787). In Eresburgi.
- 786 (788). Attinago.
- 787 (790). Romæ celebravit Pascha dominus.

*Pars altera, an. 788-797, ex Ann. Juvavensisibus.*

- 788. Domnus rex Carolus celebravit Pascha in luglimbaim.
- 789. In Aquis.

<sup>a</sup> Ex codice bibliothecæ Regiae, n. 989, manu saeculi noni ineuntis scripto.

<sup>b</sup> Id est notæ locorum quibus Carolus rex Pascha

- 790. Ad Wormatiam.
- 791. Carolus in Pannonia.
- 792. Ad Ragenesburg.
- 793. Ad Franchonofurt.
- 794. Ad Aquis.
- 795. Ad Aquis.
- 796. Ad Aquis.
- 797. Ad Aquis.

*Manus saeculi ix ineuntis in cod. S. Germ. addit:*

- 814. v Kal. Febr. obiit Carolus [Magnus <sup>c</sup>] imperator.
- celebravit.

<sup>c</sup> Vox Magnus manu saeculi x ineuntis addita.

## ELOGIUM HISTORICUM BEATI ALCUNI.

(Mabill., Act. SS. ord. S. Benedicti.)

### CAPUT PRIMUM.

*Albini quatuor, Alcuini varia nomina, patria et parentes.*

1. Hoc in limine distinguendi sunt Albini quatuor, ne quis cum aliquibus viris doctis in errorem impingat. Primus fuit Albinus abbas monasterii Cantuarieensis, laudatus in Historia prologo venerabilis Bedæ, et in lib. v, cap. 21, ad quem extat Bedæ

D epistola. Alter fuit Albinus seu Alcuinus, de quo hic agimus, longe junior primo illo Albino, qui eo tempore quo Beda Historiam suam scriberet aggressus est, jam e vivis abierat, ut satis ex Bedæ verbis intelligitur, cum Alcuinus nondum natus erat. Et tamen unum eumdemque suisse putavit illustrissimes cardinalis Baronius, cuius anchoritas alios nonnullus traxit in errorem. Tertius fuit Albinus Leonis pape tertii cubicularius, ex Eginhardi Annalibus ad an-